SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS
RECUSI.

CHRONICON MOGUNTINUM.

UNVERÄNDERTER NEUDRUCK 1949.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1885.

SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

RECUSI.

CHRONICON MOGUNTINUM.

UNVERÄNDERTER NEUDRUCK 1949

HANNOVERAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI

1885.

CHRONICON
MOGUNTINUM.

EDIDIT

CARLOUS HEGEL.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1885.

943.026
C557

HANNOVERAE, PHOTO-OFFSET OFFICINAE GOHMANN

Chronicon Moguntinum pridem amissum, quod quantum valeat ad describendam Germaniae historiam saeculi XIV, iam fragmenta eius testimonio erant, Böhmer aliique frustra investigaverunt. Mihi denique, ut invenirem, contigit, non Moguntiae quidem, ubi Bodmann et Schaab Moguntini ultimi eo usi erant, sed Monaci in bibliotheca regia. Est autem ibi in cod. Lat. no. 24163.

Codex Monacensis. *Qui codex, chartaceus formae maximae scriptus ineunte saeculo XVI, nuper demum ab hac bibliotheca comparatus et in parte altera Catalogi Cod. Latinorum, quam C. Halm et W. Meyer ediderunt, T. II, P. IV, p.* 123. *breviter descriptus est.*

Numerantur in eo 342 *folia, cum re vera tantum* 314 *exstent, quorum quinque priora et alia quoque vacua sunt. Tegumentum autem ab antiquo missali avulsum notarius quidam, qui postea codicem possidebat, addidisse ei videtur, cuius signum atque nomen* (Signetum Pauli Rucklini N P) *interiori tegumenti parti agglutinatum est.*

Collectio codicis. *Codice ipso collectio continetur commentariorum et actorum ad historiam atque rem publicam spectantium, quae cum universa — facta enim est altera saeculi XVI. decade ab auctore certum consilium secuto — tum propter singulas partes maximi vel unici momenti est. Pleraque ab eodem librario ex exemplis descripta sunt, quamquam compluribus locis, praecipue sub finem, ab aliis quoque scripta inveniuntur.*

Priore parte longe maiore chronica continentur Latino sermone conscripta vel eorum summaria:

1) *(f.* 6—50*) Historica descriptio Vangionum et de Wormatia, quae a praefatione de Vangionibus incipit, deinde episcoporum historiam et annales Wormatienses praebet usque ad annum* 1509. *pertinentes atque ex diversis libris compositos, ut apparet ex verbis extremis:* Hec sunt que in variis libris reperta sunt. *Fontes, quos compilator excerpsit, in praefatione cum* variae historiae iam per artem impressoriam valde multiplicatae, *tum Iacobus*

Koenigshofen et chronica Augustae Trevirorum commemorantur.

2) *(f. 88—152′) Chronicon Moguntinum, sine titulo et inscriptione, de quo in sequentibus agetur.*

3) *(f. 153—173) Adiungitur praecedentibus sine propria inscriptione Catalogus et historia archiepiscoporum Moguntinorum a Bonifatio usque ad Albertum de Brandenburg* 1514, *cuius maiorem partem responsum canonicum obtinet, quo dimissio Henrici de Virneburg probatur a Clemente VI. papa constituta. Haec pars nullius momenti est.*

4) *(f. 197′—199) Acta antiqua tempore Eberhardi (legendum est: Eckardi) de Dersch episcopi Wormatiensis, id est res gestae Wormatienses tempore magnae civitatum confoederationis annis* 1381—1388, *quae incipiunt verbis:* Circa annos Domini 1381. civitates potentes, Ratispona scilicet, Noriberga et 36 opida Suevie, *et finiuntur verbis:* Et sic omnis conspiratio confederationis civitatum annichilata et lis soluta est.

Fragmentum a Cochlaeo et Budero editum. *Hoc fragmentum primus Cochlaeus in collectaneis suis: In causa religionis miscellaneorum libri tres. Ingolstadii* 1445. *f.* 111′ — 113′. *e codice Moguntino edidit, ut in inscriptione adnotat:* Acta antiqua tempore Eberhardi episcopi Worm., ex codice quodam scripto excerpta Moguntiae, *atque iterum libro exeunte:* Exscriptum Moguntiae anno 1522. *Animadvertendum est, in hoc libro idem vitium quod in nostro quoque codice inveniri:* tempore Eberhardi *pro* Eckardi; *sed in describendo anno* 1386. *amplus locus, quo seditio a Wormatiensibus et Moguntinis contra clericos facta enarratur, in excerpto omissus est.*

Idem fragmentum, quamquam nonnullis ex parte ineptis mendis corruptum (velut ipso initio, ubi pro Noriberga et 36 opida Sueviae *legitur* Noriberga etc. opida Sueviae*) in Buderi libro typis expressum est, 'Nützliche Sammlung' (*1735*) p.* 491. *cum inscriptione: 'Historische Nachricht von dem Bund der Rheinisch- und Schwäbischen Städte de anno* 1381*'.*

Schannat quoque in libro suo 'Historia episcopatus Wormatiensis' (a. 1734. *edito, priusquam Buder libri sui editionem curavit) p.* 404. *eius fragmenti partem aliquam ad verbum descripsit* ex verbis anonymi cuiusdam Synchroni, *ut ipse addit.*

Böhmer hoc fragmentum e Buderi libro sumptum in quarta parte Fontium rerum Germanicarum edere volebat inscriptum: Annales Wormatienses vel Rhenani.

Rectius, ut postea demonstrabitur, A. Huber praetulit singulas eius partes fragmentis Chronici Moguntini miscelli

inserere, ita ut ad singulos annos quae ad quemque attinent adderet (cf. praef. ad Fontes IV, p. XLVI).

Duae res sunt animadvertendae in hoc fragmento memorabili, quae ex nostro demum codice intellegi possunt. Est enim fragmentum illud nihil aliud nisi redintegratio sumpta ex Historica descriptione de Wormatia f. 40—43. (v. supra sub nr. 1), qua ea, quae Buder tradit, saepe emendari et verbis ab eo omissis compleri possunt. Tum vero, ut liber totus ex quo excerptum est, ex antiquioribus scriptis confusum compositumque est. Praecipuus autem fons erat Chronicon Moguntinum, ex quo loci ad Wormatiam spectantes excerpti et ex parte sententiis temere inter se coniunctis vel transpositis commutati, praeterea autem eisdem verbis expressi sunt. Qualis haec ratio sit, subtilius ostendamus necesse non est: quicunque enim Chronicon Moguntinum legerit, facillime ipse eam cognoscere poterit. Quae commemorentur sola duo additamenta digna sunt, quae ad f. 129'. et 132. (p. 55 et 60) significavi; quorum altero compilator Wormatiensis tabulas foederis inter clericos et cives Wormatienses die 25. Iunii a. 1386. initi (typis expressum est in Schannati Hist. episcop. Wormat. II, p. 202) laudat, a quibus conditiones atque diem petiit: Continet autem littera compositionis hec in se *etc.* — laborent. Actum anno Domini 1386. in crastino nativitatis sancti Iohannis baptiste. *In Buderi libro hic locus vocabulo* laborarent *clauditur, omissa temporis mentione. Eodem modo locum tradiderunt Böhmer-Huber in Fontibus IV, p. 380. Alterum autem additamentum ad crudelissimum illud in civitatum, quod vocatur, bello factum attinet, servorum captorum exustionem iussu Ruperti ducis calcaria fornace factam, quod auctore Koenigshofio ('Städtechroniken' IX, p. 845) traditum est, ut in Historica descriptione de Wormatia dilucide dictum est:* prout Iacobus Kunigshofen in sua cronica dicit. *(Quae verba allata desunt in Buderi Fontibus IV, p. 382).*[1]

Pergo codicem describere.

5) *(f. 200—225) Excerpta ex chronica Magdeburg., quae incipiunt verbis:* Cives Numantini obsessi a Scipione Affricano — *usque ad annum 1347, et deinde tamquam novo exordio capto a rege Dagoberto a. 632.* vel secundum aliam cron. 707 — 1363.

6) *(f. 225—228) De Errfordia.* Civitas Erffurdensis habuit initium tempore Clodii regis Francorum et

1) *Pro* actum feria tertia *ante Martini a.* 1388. *praebet Hist. descr.* II ...te feria sexta *(die 6. Nov.), ut Koenigshofen:* am fritage.

Marcomedis regis Thuringorum *a.* 436. *usque ad a.* 1351; *sequuntur epitomae a.* 1066—1213.

In hanc priorem, praecipue chronica continentem, partem codicis nostri collectanea quoque quaedam aliunde descripta commentariique alius generis inserta sunt: f. 77: *Suspensio domini Iulii pape secundi — quae decreta est a concilio Pisano a.* 1512, *Apr.* 21; *f.* 178: *Catalogus villarum pignoratarum archiepiscopatus Moguntini litterarum ordine dispositus; f.* 193: *Catalogus comitatuum Austriacorum aliorumque finium, quos Helvetii in ditionem suam redegerant; f.* 195: *Catalogus eorum, qui in proelio ad Pfeddersheim (die* 4. *Iul. a.* 1460) *commisso capti sunt.*

Altera autem minor, totius collectionis fere tertia pars (f. 229—340), *effigie portenti puellarum duarum in unum corpus coniunctarum incipiens, quae Isenaci a.* 1518. *natae sunt, constat e variis notis, litteris publicis, epistolis usque ad a.* 1528. *pertinentibus, quae ad Karoli V. imperium attinent, nonnullisque carminibus Latine compositis.*

Carmina in Lutherum. *In quibus memoratu maxime digna sunt primum complura carmina probrosa Latino sermone in Martinum Lutherum condita, cuius effigies in tabula marginata et more architectorum ornata, cum columba ad sinistram aurem insusurrante (quod signum inspirationis Dei esse constat; adnotatum autem est in margine:* bene in sinistram aurem), *pictura lineari descripta hisque verbis insignita est:* Causa tanti mali. *Subscripta autem sunt imagini haec verba:* Ita ille heresiarca Martinus Luther monachus se depingi fecit; *sequuntur nonnulli versus maledici, qui exclamatione clauduntur:* O omnium scelestissimus monachorum monachus! ***Carmen Frid. Nauseae.*** *Tum (f.* 327) *carmen aliquod, quod inscriptum est Epinicia protreptica, Latino sermone ad splendidas epulas celebrandas compositum, quas Laurentius Truchsess de Bommersfelden, decanus ecclesiae Moguntinae, die* 10. *Ian. a.* 1527. *domi suae comparaverat. In inscriptione* Fredericus Nausea *auctor huius carminis nominatur:* In splendidum vereque regale reverendi nobilissimique viri ac domini d. Laurencii Truchses de Bomersfelden ecclesie Moguntine decani longe dignissimi convivium Friderici Nausee N. doctorum, *et in fine alia manu, quae hoc loco primum, in sequentibus autem (*329′—336) *iterum apparet, adnotatum est:* Regalia hec convivia sunt acta in magnificis edibus d. Laurencii Truchses decani Moguntini etc. unici mei Mecenatis anno post Christum natum MDXXVII, quarto Idus Ianuarii, die vero eiusdem mensis decima, Imp. Carolo quinto, d. Alberto marchione Brandenburgensi archiepiscopo Moguntino. Ne sim solus ingratus!

Ex his verbis apparet, eum, qui ea scripsit, clericum et necessitudine quadam pietatis cum decano coniunctum fuisse. Nec alienum ab re videtur suspicari, auctorem carminis ipsum, Fridericum Nauseam, ea scripsisse; atque hoc eo magis, quod aliud etiam carmen eius Latine compositum, addita dissertatione de terrae motibus a. 1528, exstat, quod eidem Laurentio Truchsess, Mecenati suo, dedicatum est[1]. Hanc ob rem verisimile mihi videbatur, eundem et scripsisse et possedisse totum codicem, qui intra annos 1520. et 1528. exaratus est. Eodem enim tempore Nausea primum professor universitatis litterarum Moguntinae erat, tum aliquamdiu Francofurti ad Moenum sacerdotium S. Bartholomaei gerebat; sed ibi, cum reformationi Lutheranae adversaretur, diutius manere non potuit; quam ob rem orator a sacris Moguntiam rediit, unde episcopus Vindobonam arcessitus est[2]. Frid. Nausea.

Sed hanc coniecturam, quamvis verisimilem, quam feci in editione mea Germanica ('Mainzer Chroniken' II, p. 135) eam ob causam abieci, quod epistolarum a Nausea sua manu scriptarum, quae in tabulario Francofurti ad Moenum servantur, ductus litterarum nulli ex variis manibus similes sunt, quae sive in illa nota, sive aliis in additamentis vel glossis in margine adscriptis inveniuntur[3].

Quam ob rem alius collectionis illius memorabilis auctor exquirendus est. Ex carmine illo per se mediocri, quo epulae a decano Laurentio Truchsess comparatae celebrantur, in collectionem recepto concludi potest, interfuisse collectoris et rem et carmen commemorare. Qua ex re colligi potest, huius codicis auctorem si non Nauseam, tamen decanum ipsum esse[4].

Quam rem ita se habere, nunc ex documentis probare possum.

1) *Librum typis exprimendum curaverunt Freher-Struve, Scriptores III, p. 309, inscriptum: Friderici Nauseae Blancicampiani de praecipuo huius anni post Christum natum MDXXVIII. apud Moguntiam terrae motu responsum. Praefatio autem incipit:* Ut olim Mecaenas ille cum Flacco suo Venusino, ita tu, reverende Pater, cum Nausea tuo Blancicampiano agis *et cet.* 2) *Serarius in Ioannis Rer. Mogunt. I, p. 127, Ioannis spicilegium. p. 544, et Schunk, 'Beiträge zur Mainzer Geschichte' III, p. 143, ubi scripta eius relata sunt.* 3) *Hoc primum animadvertit A. Wyss in suo commentariolo: 'Die Ausgabe der Mainzer Chroniken. Eine Studie. Westdeutsche Zeitschrift Jhg.' III, p. 48, quod rectum esse ipse mihi persuasi, postquam epistolas illas inspexi. Sunt enim quinque a. 1529. scriptae, quarum uni subscripsit* 'Friedrich Nausea', *ceteris nomen suum gentile* 'Graw, pfarher zu Francfort, iczo thumprediger zu Mentz', *indidit.* 4) *Eadem coniectura iam in supra allato Catalogo codd. [illegible] p. 123. proposita est.*

Alia collectio in cod. Wirceburgensi. *Cum enim postea codicem chartaceum maximae formae, qui in bibliotheca societatis historicae Franconiae inferioris sub no.* 163 *(in catalogo typis expresso p.* 300, *no.* 11771*) invenitur et inscriptus est:* Collectio documentorum ad historiam ecclesiae Metropolit. Moguntinae pertinentium *inspicerem, primo obtutu similitudinem admiratus sum, quae ipsi cum eo codice est de quo hic exponimus. Collectio autem, ut vel ex inscriptione a tabularii praefecto quodam addita apparet, documentorum est aliorumque scriptorum, quorum maior pars ad ecclesiam Moguntinam, praecipue ad privilegia et reditus capituli attinet. Ipsa quoque ineunte saeculo XVI. a variis librariis scripta eodemque modo, quo altera collectio, glossis in margine appositis et additamentis a possessore aucta est*[1]. *Quarum collectionum utraque invicem sese complet, cum una praebeat res ad historiam et rem publicam, altera ad canones et instituta ecclesiae spectantes. Maxima autem necessitudo inter has collectiones eam ob causam intercedit, quia dubium non est, quin utraque ab eodem auctore orta sit. Manus enim, quae in utraque glossas in margine adscriptas et additamenta addidit, prorsus eadem est. Quae singularis atque propria manus Conservatorio tabularii regii Wirceburgensis certo manus decani Laurentii Truchsess cognita est, cum compararetur cum apochis ibi servatis, quas intra annos* 1529—1540. *Conrado episcopo conscripsit iisque nomen suum subscripsit se appellans* 'thumbdechant zu Meintz, thumbher zu Wirtzburg und Wormbs'[2]. *Utraque collectio eodem fere tempore ab ipso facta est, ea quae res ecclesiasticas continet haud scio an paulo prius; incipit enim a tabula inscripta:* Confederatio singularum personarum capituli ecclesie Moguntine Cal. Mart. a. 1514, *cum collectio ad historiam et rem publicam pertinens, ut iam supra dictum est, inter annos* 1520. *et* 1528. *facta sit*[3].

Ut intellegamus atque ostendamus, quo spectaverit harum collectionum auctor, quidque ipsae valeant ad perspiciendum ingenium eius et studia, necesse est vitam eius atque fortunam breviter narrare.

Collectionum auctor Laur. Truchsess. *Laurentius Truchsess de Bomersfelden — stirps a.* 1710. *exstincta est eiusque possessiones in Pommersfelden*

1) *Accuratiorem codicis descriptionem dedi in commentariolo meo: 'Mainzer Chroniken-Handschriften, Neues Archiv' X,* 2, *p.* 363. 2) *Sunt autem novem apochae, quae quotannis acceptas testantur vicesimas, quae constant centenis florenis, duorum milium, quos debebat episcopus decano.* 3) *Anni* 1520—1527. *singulis glossis in margine adscriptis indicati sunt; postrema autem collectionis particula epistola est Ferdinandi regis ad ministros regios, data Pragae a.* 1528, *Sept.* 16.

dioecesis Bambergensis vico sitae ad comites Schönborn translatae sunt — ab a. 1513. *decanus erat capituli Moguntini, a. autem* 1518. *ab Alberto Brandenburgensi, qui inde ab a.* 1514. *archiepiscopus et princeps elector erat, vicarius archiepiscopatus factus est; idemque munere canonici Wormatiensis et Wirceburgensis fungebatur*[1].

Necessitudo, qua Albertus cum decano coniungebatur, mature turbata esse videtur nimio quo hic omni tempore capituli iura defendebat studio, et postea magis etiam infesta facta est, cum Laurentius Truchsess etiam rei publicae administrandae rationem, qua ille utebatur, nonnunquam improbaret. Cum igitur decanus principem palam obiurgaret atque vituperaret propter foedus archiepiscopatui noxium, quod hic a. 1528. *cum Philippo landgravio Hassiae inierat*[2], *et ecclesiae capitulum, ne foedus probaret, moveret, principis ira contra eum inflammata est. Accusans decanum, quod superbis se consectatus esset conviciis, per vim in eum egit eumque in carcerem coniecit. Ecclesiae capitulum impetravit quidem, ut e custodia emitteretur, sed princeps postulavit, ut decanatu se abdicaret. Et abdicavit se eo munere sollemniter, postquam per complures annos nonnullis frustra intercedentibus cum principe egit, suam iniuriam professus et ab omni inimicitia se temperaturum iurans*[3]. *Discessit Moguntia et versabatur postea plerumque Wirceburgi, ubi die* 20. *Dec.* 1543. *mortuus est*[4].

Animadvertendum est, collectionem scriptorum, quae codice nostro continentur, a. 1528. *non ultra continuatam esse, ex quo tempore commutatio illa auctoris fortunae facta est. Atque nunc demum recte intellegere possumus varias* **Eius glossae.** *glossas ab eo in utriusque collectionis margine adscriptas. Velut inimicitiae, quae inter codicis auctorem et Albertum principem exercebantur, cognoscuntur cavillatione acerrima in principem facta, quae in codice Wirceburgensi eo loco invenitur, quo in brevi Moguntinorum archiepiscoporum Catalogo de Rabano archiepiscopo haec dicta sunt:* Sepultus in monte S. Albani, sed dicitur corpus suum esse in Fulda, *et additum est in margine:* Si fuit in monte S. Albani, tunc Albertus marchio Brandenburgensis anno 1514. potenter vio-

1) *Cf. Ioannis II: De Decanis p.* 305. 2) *Cf. Ioannis I, p.* 832. 3) *J. May, 'Kurfürst Albrecht II. von Mainz und Magdeburg' II, p.* 72, *ubi sine ulla alia significatione ad 'Mainzische Domkapitelakten' provocatum est. In tabulario Wirceburgensi invenitur fasciculus (Domkapitel K.* 278) *tabularum a.* 1529. *scriptarum, quae intercessiones continet a principibus electoribus Trevirensi et Palatino factas ad explicandos errores inter cardinalem et archiepiscopum et ecclesiae decanum Moguntinos ortos.* 4) *Ioannis II, p.* 305.

atque ab illo tempore singulos annos usqeu ad a. 1406. describit, temporum ordine servato.

Quo tempore opus scriptum sit.

Quo tempore opus conscriptum sit, certis ex indiciis intellegi potest, quae in eo ipso inveniuntur. Eo enim loco, quo excerpta de 'passagiis' desinunt, Saraceni sanctum Hierosolymis sepulcrum usque ad illud tempus (a. 1389. mense Iunio) occupare traduntur: sicut adhuc hodie Terram Sanctam occupant *(v. p. 1). Hoc igitur anno coeptum est scribi chronicon, finitum autem a. 1406, usque ad quem annum idem pertinet. Memoria tamen auctoris usque ad a. 1346. valet. Occupatus fuit igitur, si eum circa a. 1330. natum esse putamus, in opere suo conscribendo usque ad annum vitae suae septuagesimum sextum. Sed hoc non demum a. 1389. eum incepisse, sed iam prioribus annis noscenda congessisse, apparet cum ex adnotationibus, quas ab a. 1356. de tempestate et de messibus fecit, tum ex eis locis, quibus illud significat tempus, velut a. 1358, quo vinum vilius esse adnotat quam decem annis superioribus:* ita ego vidi et audivi; *a. 1379, quo eadem ubertas in fructibus percipiendis laudatur et apponitur:* et adhuc habundancia omnium rerum, Deo dante, durat; *a. 1389, ubi haereticorum Moguntinorum persecutionem designans dicit:* quorum multi adhuc latent, *compluraque alia eiusmodi. Contra a. 1371. adnotatio (f. 110) invenitur a. 1394. praeoccupans, quo princeps Lituaniae mortuus est. Quod additamentum cum postea demum appositum esse appareat, colligamus necesse est, auctorem posthac demum, quae sibi antea annotaverat, in corpus redegisse atque hoc tum continuavisse. Qua ex re etiam inaequalitas quaedam intellegi potest, qua priores anni tractati sunt, ut magnum illud Suevicarum civitatum bellum a. 1377. gestum paucis verbis commemoratur, ad quod describendum auctori aliae adnotationes praesto non erant, neque ipse omissa sive ex memoria sive aliis ex fontibus complere studuit.*

De auctore.

Chronista autem erat clericus Moguntiae habitans, ut multis apparet ex dictis. Pendendum ei erat 1367, se invito, ut ait (f. 102'), tributum quattuor solidorum et trium hallensium papae legato. Non multum eius interest, quae sint civium res domesticae, multo magis, quomodo singulis annis messes evenerint, utrum fructuum pretia magna sint an vilia, quemadmodum tempestas ad ea valeat; sustentabant enim clerici vitam praediorum fructibus. Iracundissime civium fert malitiam eorumque in clericos immodestiam, qua Arianos etiam superent: summa autem ira atque indignatione nefariam illam insectatur civitatum confoederationem, quae clericorum consequatur perniciem

(f. 128). Sed etiam quid de imperatoribus atque papis, de archiepiscopis aliisque principibus aequalibus iudicet — et acerbissimum interdum eius iudicium est —, non celat. De Karolo IV. et Wenceslao rege vulgatam explicat opinionem, qua ille Bohemiae tantum parens fuisse et solam regni hereditarii utilitatem spectavisse[1], *hic paparum discordiam neglexisse et libidinibus tantum suis Pragae indulsisse existimatur (f.* 116'. 127*).*

Maxime ducem Leopoldum Austriacum collaudat, qui similis Iude Machabeo *contra Helvetios pugnans immanissimos ceciderit (f.*130*), atque ducem Rupertum palatinum, qui civitatum prostraverit societatem (f.* 135*). Paparum autem aequalium Urbanus V. ab eo celebratur* lux mundi et amator iusticie, *quia optima illa antiquorum instituta renovaverit et monachos quoque mendicantes duos munere cardinalium ornaverit. Eo iratiore in Gregorium XI, successorem eius, animo est, qui illam de episcopatu Moguntino inter Adolfum I. Nassovium et Ludovicum Misnensem controversiam excitaverit:* Accipe baculum, *inquit,* et vade mendicatum, rubigo te consumet *(f.* 118*). Quod ad paparum attinet schisma easdem, quas Germanorum imperium, sequitur partes Romani papae Urbani VI, quamquam propter magnam eius in rebus agendis inconstantiam laude ei indignus esse videtur. Eadem libertate utitur in describendis episcoporum Moguntinorum, quos videbat regnantes, moribus; velut Gerlachi de Nassowe episcopi inconstantiam maximamque Ioannis de Ligny, successoris eius, inertiam despicit. In controversia illa inter episcopos diuturna atque perniciosa ecclesiae capitulo (a.* 1374 — 1382*) primum neutram, postea autem cum plurimis capituli clericis Adolfi Nassovii partes secutus est, quem sub finem principatus summis laudibus effert (f.* 134'*).*

Chronicon Moguntinum ad describendam historiam Germanicam ab a. 1347. *usque ad a.* 1406. *maximi momenti est. Singulare est enim opus atque proprium, compositum ab aequali illis temporibus scriptore digno cui credatur rerumque gestarum quas tradit peritissimo. Cuius auctor usus non est chronicis Iacobi Moguntini et Matthiae Nuwenburgensis, quamquam usque ad annum sexagesimum vel septuagesimum saeculi XIV. eandem ferme ut illi tractat materiam. Eodem tempore scriptum ac commentarii Ulmanni Stromeri Norimbergensis et chronicon Iacobi Koenigshofen* *De auctoritate Chron. Mog.*

1) *Cf. Koenigshofen p.* 491; *Limburgensis Chronici auctor solus alia sententia usus esse videtur, dicens p.* 30 *(ed. Wyss):* Derselbe Carolus regiret — als ein lewe me dan drissig jar.

Argentinensis Chronicon Moguntinum, quod res regionesque in eo descriptas attinet, maxime cum chronico Limburgensi cohaeret, ita ut alterum altero confirmetur, atque compleantur inter se eis, quae de eisdem rebus in regionibus Rhenanis, Nassovia et Hassia gestis tradunt. Archiepiscopatum Moguntinum primo quasi loco positum esse, consentaneum est; sed auctor longe prospiciens, non minus certa atque fida ad universam historiam spectantia de imperatoribus et papis, de terris peregrinis, Italia, Francogallia, Flandria, Polonia, Littuania tradit.

Maximam autem chronicon perspicua morum atque temporum descriptione legentibus praebet et delectationem et institutionem. Iterum iterumque auctorem libidines atque intemperantiam principum militumque, qui latrocinio vitam sustentabant, plebis vitam sordidissimam, immodestiam civium, omniaque in urbibus non minus quam in agris infesta esse suo iure conqueri, ex eis quae tradit apparet, velut ex dilucida vestitus impudici descriptione (f. 104'*) aliorumque vitiorum insignium, quae in universum formidolosam imaginem barbariae et efferitatis, iurium infirmitatis et seditionum ac discordiarum praebent. Cui temporum descriptioni tristissimis verbis et acerbitate quadam factae nisi virtutes, quibus illa aetas nos delectat, opposueris, meram non adipisceris veritatem. Quam ad rem chronicon Limburgense inspicias necesse est, quo Tilmannus scriba publicus patrio sermone simplici atque suavissimo gravissimi cuiusque hominis et vultum habitumque et virtutem ac strenuitatem effingit atque exprimit, nobisque ostendit, quanta hilaritate luxuriaque suae aetatis homines usi sint, quamvis malis incommodisque urgerentur; immo vero ipse chronista iucundus est, cui novum carmen ad celebrandos amores compositum vel proverbium novum tam grave videtur, quam dirutum latronum receptaculum, inundatio terras devastans, portentum mirum aliudque factum inauditum.*

De chronici continuatione 1440 —1478.

Chronico usque ad a. 1406. *pertinenti in eo, qui exstat, codice continuatio (f.* 147—152'*) — sed temporis intervallo interiecto, incipit enim demum ab a.* 1440. *— addita est, cuius adnotationes usque ad a.* 1478. *pergentes admodum inter se dissimiles sunt. Variae enim notae praecipue ad a.* 1440—1448. *et praesertim ad civitatem Moguntinam spectantes, ob eamque rem haud leves, coniunguntur cum aliis excerptis temere correptis, quae neglecto temporum ordine ad prius et posterius tempus attinent, modo Latine, modo Germanice scripta. Auctor Moguntinus erat,*

eisdem temporibus quae describit vivens, ut cum aliis ex locis tum ex eo intellegere possumus, quod ad a. 1445 *(f.* 149*) adnotat:* der Rhein war so gross, dass das Wasser knietief in meinem grossen Keller zu Neuenhof stand. *Idem, qui imperite chronicon continuavit, etiam in antiquiore huius chronici parte loco inepto ad a.* 1374 *(f.* 114'*) haud dubie adnotationem illam, qua agitur de vini pretio, quod erat a.* 1426, *inseruit.*

Alia continuatio invenitur in Chronico quod vocatur rerum in tractu Rheni superioris gestarum ab a. 1361—1501, *quod a Würdtwein in libro, Nova Subsidia VIII, p.* 392—402, *typis expressum atque ex hoc libro a Böhmer-Huber Chronico Moguntino miscello (Fontes T. IV) insertum est. Quae ratio huic scripto cum Chronico Moguntino intercedat, ex hoc demum illustrari potest. Ex hoc enim, quae de annis* 1361—1399. *tradita sunt, exceptis sententiis aliquot contractis aut in angustum coactis, ad verbum excerpta sunt. Electio autem temere facta esse videtur; cognosci quidem nec consilium nec ratio continuationis habita potest. Omissum est tempus, quod est inter annos* 1399—1457. *Quo anno adnotatio invenitur:* Pueri S. Michaelis peregrinantur cum magno favore per turmas, *quae quid significet ex comparatione demum cum Trithemii Chronico Sponheimensi, ex quo sumpta esse videtur, intellegi potest; scriptum enim est ibi:* His etiam temporibus magnus puerorum concursus ad S. Michaelem in Hispaniae finibus ex omni Alemannia oritur *et cet. (Opera Trithemii II, p.* 370*). Sequitur carmen a Sebastiano Brant lingua Latina ad celebrandam inventam artem typographicam compositum; tum series brevium continuorumque commentariorum de gestis Friderici Victoriosi electoris palatini ab a.* 1460. *incipientium, qui carmine, quod Wimpheling ad celebrandum eum composuit, clauduntur, nonnullaque alia usque ad a.* 1501. *pertinentia, quo Margaretha ducissa, uxor Philippi electoris palatini, mortua est. Cum Chronico Moguntino haec omnia non cohaerent. Coniuncta cum brevibus excerptis ex eo factis, quae initio inveniuntur, haec continuatio a Palatino quodam auctore, qui Heidelbergae sepulcrum Friderici Victoriosi a se descriptum vidit, scripta esse videtur.*

De continuatione, quae invenitur apud Würdtwein.

Aliquid admirationis habet, Chronicon Moguntinum, rerum fontem uberrimum et gravissimum, diu aut incognitum aut neglectum fuisse. Excepto enim Wormatiensi illo, de quo iam supra diximus, compilatore, qui in historia sua

Quemadmodum auctores Chronico Moguntino usi sint.

episcoporum Wormatiensium usque ad a. 1509. *pertinente eo usus est, nullum eius invenitur vestigium, nec in Naucleri chronico omnium gentium historiam usque ad a.* 1500. *tractante, nec in Trithemii Chronicis Sponheimensi et Hirsaugiensi, in quibus materia cum ex multis aliis, tum ex Moguntinis fontibus congesta est.*

Primus Chronico Moguntino usus est Latomus nonnullis locis Catalogi sui episcoporum et archiepiscoporum Moguntinensium usque ad a. 1582 *(Böhmer, Fontes IV, p.* 418. *et* 419*)*[1]. *Etiam Serarius, societati Iesuitarum addictus et Moguntiae professor theologiae, in magno suo atque gravi libro, 'Rerum Moguntiacarum libri V', cuius editio princeps a.* 1604. *typis expressa est, nonnullis locis Chronico Moguntino usus est, ubi litteris MSL (i. e. manuscriptum Latinum) significatur, velut eo loco, quo seditio a Moguntinensibus contra satellites Bohemicos imperatoris Karoli IV. a.* 1372. *facta (Ioannis I, p.* 682; *cf. f.* 111'*) et eo, quo narratur Ludovicum Misnensem archiepiscopatus aemulum casu adverso in oppido Kalbe a.* 1382. *mortuum esse (I, p.* 687; *cf. f.* 125*).*

Multo saepius hoc codice nova in Serarii operis editione usus est Ioannis, Rerum Moguntiacarum T. I. a. 1722. *Quo in libro ille optime de historia meritus — natus a.* 1658. *in urbe Marktbreit, professor erat Biponti, ubi mortuus est a.* 1735. *— materiam multo etiam amplioribus auxit adnotationibus, quas ex tabulis publicis auctoribusque excerpserat. Etiam t. II, quo auctores, dissertationes, tabellae ad historiam archiepiscopatus et ecclesiarum Moguntinarum spectantia continentur, M i s c e l l a, quod nomen haud aptum Ioannis Chronico nostro imponere solet, nonnullis locis commemorantur. Plura de hoc codice a se ad historiam describendam adhibito tradit in praefatione t. I, ubi generatim de Moguntinis agit operibus, ex quibus historiam suam hausit; describit eum (p.* 16*) his verbis:* Habentur etiam collectanea miscella manuscr. praeter res alias Moguntinas praecipue complectentia. Incipiunt ab anno 1187. et finiunt in anno 1478, continentque plura aliis ignorata, plura etiam melius aliis explicant — — latent in ἀρχείῳ bene mihi noto. *Initium atque finis congruunt igitur cum Chronico eiusque continuatione nostri codicis; item argumentum breviter narratum, quod quanti sit momenti Ioannem non fugit. Dolendum est, quod quasi arcanum locum celavit, quo codex servatus esset, atque difficile cognitu, cur haec Miscella non universa in suo tomo novo Scriptorum historiae Mogunt.*

1) *Cf. Wyss 'Studie' p.* 46.

ediderit, sed multos tantum locos ad verbum descripserit, cum in eo libro tot minus gravia, ne dicam inania, typis exprimenda curaret.

Excerpta autem ab Ioanne facta, si paucas neglegimus commutationes, quae emendationes ab ipso factae et additamenta putanda sunt, cum Chronici Moguntini verbis plane congruunt. Quin etiam eundem librum fuisse manuscriptum ab eo adhibitum ac codicem nostrum, quamquam, ubi eum invenerit, celat, ex nonnullis apparet locis allatis: velut Rer. Mogunt. II, p. 484, *ubi narratio inundationis Moguntinae a.* 1447. *ad verbum descripta est atque adnotatum:* Narrant nobis rem Miscella nostra de quibus alias ἀνέκδοτα f. 149'. his verbis: — *et invenitur locus pagina allata codicis nostri; item II, p.* 609, *ubi de bello duorum militum latrocinantium contra Gerlacum archiepiscopum a.* 1366. *gesto adnotat:* Miscella nostra ἀνέκδοτα f. 102, *quod prorsus consentit cum codice nostro.*

Bodmann quoque in suo opere 'Die Rheingauischen Alterthümer' a. 1819. *interdum in adnotationibus locos Chronici Moguntini ad verbum expressit. P.* 33. *adnotat, in quodam chronico Latino, typis nondum expresso, tumultus Bertholdo archiepiscopo propter agrorum immunitatem et tributi vacationem, quibus clerici Moguntini fruebantur, a Rheni superioris accolis factos uberrime enarratos esse. Eodem loco docet, glossam in margine appositam:* Nota hoc tibi Alberte! die Reingawer sein bös bawern *ab Alberto principe electore, cuius codex fuisset, sua manu scriptam esse. Quam ob rem Bodmann aliud Chronici Moguntini manuscriptum eiusque continuationem maius temporis spatium describentem novisse eoque usus esse videri possit. Nihilominus autem nihil certius est, quam eum hac in re non minus falso se iactasse quam in aliis sibi soli notis*[1]. *Illorum enim tumultuum, quos Bodmann in codice describi dicit, Bertholdo archiepiscopo (a.* 1484—1504*) in Rheni regionibus factorum nemo alius mentionem facit, nec Serarius, nec Ioannis, nec Bodmann ipse. In libro enim suo 'Rheingauische Alterthümer' multa quidem exponit (p.* 823—882*) de rebus ecclesiasticis Rhingaviae, sed nihil de tumultibus tradit, quos ex illa ortos esse dicit. Glossa quidem similis ei, quam affert, invenitur in codice nostro; sed verba sunt alia:* tu quoque fac simile, Alberte et vives: es seyn böss bawern *(cf. quae supra dicta sunt, p. XII). Ceterum constat, Bodmannum codice nostro usum esse; com-*

1) *Cf. quae in praefatione 'Städtechroniken' T. XVIII (Mainzer Chr. II), p.* 5—8. *exposui.*

pluribus enim locis (f. 157′ 232′. 254′) sua manu in margine adscripsit: ist gedruckt[1].

Schaab in libris 'Geschichte der Stadt Mainz' (T. II, p. 476) et 'Geschichte des rheinischen Städtebunds' (T. I, p. 9) Chronicon Moguntinum Latino sermone scriptum affert, quod a clerico saec. XIV. et XV. med. scriptum et usque ad a. 1478. continuatum sit, multaque excerpta ex eis in adnotationibus suis tradit. Quos locos si nostro cum codice comparaveris, eorum verba cum codicis verbis etiam in vitiis congruere invenies, quae Schaab aliis auxit, qui sententias quoque nonnullas contraxit aut in angustum coegit, parum clare scripta aut obscura simpliciter omisit[2].

Fragmenta in Böhmerii Fontibus. *Codex saepe adhibitus, qui quo loco servaretur, Ioannis, Bodmann, Schaab celaverunt, adeo abditus atque reconditus erat, ut ne Böhmer quidem, vir ille clarissimus et eruditissimus, eum cognoverit, quamquam inprimis Moguntina manuscripta ad historiam spectantia per multos investigavit annos et cum Schaab et Hennes Moguntinis assiduum epistolarum commercium habuit*[3]. *In commentario a. 1849. edito: 'Ueber die Geschichtsquellen des Erzstiftes Mainz im Mittelalter' in 'Periodische Blätter der beiden G. Vereine von Hessen' p. 172. Böhmer Chronicon Moguntinum commemoravit auctoritate Ioannis et Bodmanni nisus, postea autem fragmenta ab utroque atque a Schaab communicata collegit, quae coniuncta cum excerptis a Budero et Würdtwein editis, quae supra commemoravimus, A. Huber in quarta Fontium parte edidit et C h r o n i c i M o g u n t i n i m i s c e l l i f r a g m e n t a c o l l e c t a a. 1329—1501. appellavit.*

Nostra demum aetate codex ad antiquarios quos vocamus perlatus esse videtur et postremo in portum tanquam atque perfugium bibliothecae regiae Monacensis pervectus est[4].

De nostrae editionis ratione. *E codicis natura aliqua ex parte intellegi potest causa, cur qui antea eo usi sunt, Chronicon Moguntinum, quam-*

1) *A. Wyss, l. c. p.* 46. *adn.; mihi quoque Bodmanni manus satis nota est.* 2) *In legendo erravit aut emendavit, ut pauca afferam exempla, in 'Geschichte des rhein. St. B.' I, p.* 325, *ubi* discutiebant *pro* dissentiebant, *p.* 328, *ubi* ducendi ipsos *pro* ducendo ipsos, *p.* 341. omnia opida *pro* extra opida, *p.* 375. risalte *pro* ribaldi *scripsit et alia.* 3) *Desidero in Iannsenii libro 'Böhmers Leben und Briefe' epistolam illam ad Schaab missam, qua Böhmer illi gratias agit, quod sibi historiam confoederationis civitatum Rhenensium (a.* 1843*) miserit, eumque nimis blande collaudat; cf. Schaab, 'Geschichte der Stadt Mainz', praef. p.* 29. 4) *In interiore parte tegumenti prioris plumbo adnotatum est: Baer, p.* 35 *(a.* 1869*). Sed Baeri libraria de codicis fortuna interrogantem me certiorem facere non potuit.*

quam eos minime fugit, quanti sit momenti, edere noluerint. Scriptum enim est a librario, qui exemplum primum haud recte legere potuit et sententiam saepe perperam interpretatus est, negligenter atque mendose.

Librum iam primum in collectione 'Städtechroniken' t. XVIII. edidi. Idem hac editione nova et separata, quae Monumentis Germaniae historicis destinatur, multis modis emendatior et nitidior proditur. Ad quam perficiendam cum A. Wyssii diligentem collationem adhibui, quae in commentariolo eius iam commemorato continetur, tum ipsum codicem iterum excussi. Ea quae librarium perverse legisse perspicue apparet emendavi eiusque scripturas in apparatu critico adnotavi; attamen incertam scribendi rationem, ex. gr. Moguntia *sive* Maguntia, Mo- Maguntini *sive* -tinenses, *quae quatenus auctori an librario tribuenda sit, discerni non potest, servavi ideoque non omnes errores grammaticos correxi, scilicet eos qui iterati occurrunt, ex. gr.* facte sunt terre motus, terre motus creberrime *(p. 4. et 5)*; ebedomada *(p. 7. semel correxi, p. 53. 80) et similia. Lacunas a librario indicatas sive ex coniectura litteris obliquis supplevi, sive punctis significavi, scilicet parvas duobus . . maiores unius vel plurium versuum tribus . . . Glossas autem partim ab eodem (A), partim ab auctore collectionis (B) adiectas, eis quae nuda praebent argumenta neglectis, in margine inferiore posui. Coniecturas denique ad locos corruptos emendandos ab A. Wyss factas nota W., illas, quibus clarissimus Germaniae monumentorum editor G. Waitz hanc quoque editionem exornavit, litteris G. W. signavi.*

Dabam Erlangae ineunte Martio a. 1885.

Anno Domini millesimo centesimo octuagesimo septimo, *f. 88.*
et Saladino ac Sarracenis totum regnum Iherosolomitanum *1187. Narratio*
conculcantibus et devastantibus preter Tirum, que in medio *patr. Hier.*
cordis Terre Sancte sita est et fere mari undique circumdata, cui presedit marchio Conr*adus*, ut prefertur, rumoreque hoc per orbem diffuso, fremuerunt gentes, commota sunt regna, christiani fecerunt multa passagia.

. . . .

. . . .

. . . .

Qualiter postea iterum Terra Sancta et civitas Accon *f. 93.*
alieque magne civitates opida et casalia per Sarracenum soldanum nomine Melechschasseraff[1] destructa sint et christiani de . .[a] Siria expulsi sunt, legitur in libro obsidionis et destructionis Accon civitatis per ipsum et alios multos reges Sarracenorum facte[2]: sicut adhuc hodie Terram Sanctam
occupant, *sepulchrum Domini tributarium habent[b] sub anno **f. 93'.*
Domini 1389, durante scismate in sancta ecclesia catholica inter Clementem septimum, qui presidet Avinione, et Urbanum qui se nominat sextum, papam nunc degentem in Iunio mense. . .

Petrus archiepiscopus Maguntinus sedit annis 14, menses quinque, *Catal.*
obiit anno D. 1320, pridie Nonas Iunii. *episcop.*

Mathias sedit annis septem, obiit 28, 4. Idus Septembris[3]. *ib.*

Nota de Henrico imperatore.

Sanctus Heinricus imperator de Lutzilnberg obiit anno D. 1313, *Iacobi de*
anno sui regni 5, imperii vero secundo sub Clemente . . . intoxicatus *Mog. Gesta Heinr. VII.*

a) de coc. c. b) hūnc *vitiosum compendium scripturae ex errore librarii.*

..l Asch... 2) *Anonymus de excidio urbis Acconis, Martene ampliss. Collectio T. V, p.* 758. 3) *Hoc et quod ...q. (Jaffé Mon. Mog. p. 4) desumpta sunt.*

veneno per quendam Iacobinum nomine[1], prevaricatorem ordinis Predicatorum, pecunia per Florentinos, Lucanos et Senenses Welfinos corruptum[a]. Imperator Pise fuit honestissime sepultus ipso die Bartholomei moriens. Fuit autem intoxicatus in hostia sacramenti per dictum diabolum in die assumptionis Marie. Qui fuit electus anno D. 1308, et anno 9. in die epiphanie Domini Aquisgrana est honorifice coronatus.

---

*f. 94. *Marian. Scot.* *Formatum est die dominico 12. die[2] Kal. Aprilis lux de nihilo atque celum celeste cum angelis. Postea feria sexta plasmavit Adam 10. die Kal. Aprilis.

Mar. Scot. A diluvio generali usque ad tempus nativitatis Abrahe fluxerunt anni 1002[3]. Sem, filius Noe, ante ingressum arche fuit etatis 100 annorum. Secundo anno egressionis genuit Arfaxat. Postea vixit 500 annis et obiit.

Mar. Scot. Anno D. 1037. Sanctus Bardo archiepiscopus Moguntinus presente Conrado imperatore et multis episcopis et principibus consecravit monasterium Sancti Martini Mog*uncie*.

Anno D. 1329. ipso die Laurencii cives Moguntinenses destruxerunt monasterium Sancti Albani extra muros Mog*uncie*[4].

Ann. Disibod. Anno D. 1137. regnante Lothario imperatore monasterium principale Sancti Martini cum aliqua parte civitatis concrematum est, et eodem anno inventa sunt corpora sanctorum Auree et Iustine martyrum[5]. Qui quidem Lotharius revertens de Ytalia, 3. Kal. Decembris defungitur; cui successit Conradus III, electus circa festum cathedre Petri aput Confluentiam, et Letare Domini coronatus Aquisgrane.

*f. 94'. *Ann. Disib.* *Anno D. 1145. in nocte nativitatis Christi Roas civitas capta est a Sarracenis. In anno sequenti terremotus factus est magnus 15 vicibus, cometa prius apparente.

Item anno 1147. cruces in medio Iridis in aere vise sunt in die palmarum.

Eodem anno rex Conradus Ungariam ingreditur et ducem Ungarie nomine Wardiz superat et subditum facit Romano[b] imperio.

Anno D. 1182. Fridericus primus regnat. In die penthecostes coronatur aput Maguntiam, processionem fecit in monasterium Sancti Albani[6].

a) corruptos *c.* b) Romani *c.*

1) Prevaricator Iacobinus nomine . . . membrum dyaboli *etc. Iacobi Gesta Henrici in 'Forsch. zur D. G.' XV, p.* 588. 2) *Mariani Scoti Chron. (Pist.-Struve SS. I,* 448*)*: Decima quinta Kal. Aprilis. 3) *Ib. p.* 477*:* Secundum Septuaginta interpretes a diluvio usque ad Abraham sunt mille septuaginta duo. 4) *Cf. 'Städtechr.' XVII. (Mainz I) p.* 7. *et adnot. Ioannis, Rer. Mog. I, p.* 653 *n.* 1. *eadem promit ex 'Collectaneis miscellis Moguntinis' i. e. nostro Chronico. V. Praefat.* 5) *Cf. A. SS. Boll. Iun. III: Inventio et miracula SS. Aurei et Iustinae Moguntiae in ecclesia S. Albani auctore Goswino c. s.* 6) *Haec narratio ex fonte ignoto sumpta spectat, ut videtur, ad praeclaram illam curiam, quam imperator a.* 1184. *Moguntiae habebat, cum duo eius filii militiae cingulum accepere, quamquam idem etiam a.* 1182. *festum pentecostes Moguntiae celebravit.*

Anno D. 1165. murus Errfordensis destruitur a Ludovico lantgravio Thuringie nomine Probo [1]. *Ann. Disib.*

Anno D. 1198. Philippus eligitur in regem contra Henricum, filium Friderici primi. Qui Philippus rex Odovacrum ducem Bohemie creavit regem et domini [a] regis Philippi sexto anno 1204. ipsum Odovacrum in regem coronavit [2]. *Ann. Wormat.*

Item anno 1214. frater Conradi de Marpurg predicavit per 18 annos et hereticos per totam Alamaniam ubicunque volebat nullo prohibente comburebat [b. 3].

*Incipit liber cathalogus. **f. 95.*

Notandum, quod incipio notare omnia, que percipiuntur in mundo ab anno D. 1346, et scripta sunt hec in libro isto.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen.

Transacta colligere et futura previdere reddunt hominem quemque contra adversa securum: non igitur indignum [c], quod aliqua pro parvitate mei ingenii cronatica presentibus compilavi.

Anno D. 1349. tunc maiores et minores, divites et pauperes, senes cum iuvenibus circuierunt omnem terram se cum flagellis crudeliter percuciendo, cum modulis et canticis diversis asserentes se penitere, legentes quoque literas fictas et falsas contra fidem christianam [4]. Per idem tempus interficiebantur Iudei generaliter quasi per totum mundum a christianis.

Eodem tempore fuit dissensio magna inter dominum comitem de Swartzberg et Carolum regem Bohemie et inter Gerlacum de Nassaw et Heinricum archiepiscopum Moguntinum et Cunonem de Falckenstein. Sed hec omnia acta sunt anno Domini 1353. . . . pacificata per dominum Karolum regem Bohemie et imperatorem Romanum in mense Ianuario [5]. Post modicum tempus pacificati sunt archiepi-

a) domino *c.* b) comburetur *c.* c) indignis *c.*

1) *Cf. Ann. S. Petri Erphord. SS. XVI, p.* 23: Subverso etiam muro Erphesfurd a Loudwig provinciali comite. *Chron. Sanpetrinum (ed. Stübel) p.* 33. 2) *Ottocari regis Bohemiae coronatio per regem Philippum a.* 1198. *Moguntiae facta est. V. Winkelmann, 'Philipp v. Schwaben' p.* 138. 3) *Ann. Wormat. (SS. XVII) p.* 75, *huius et prioris loci haud dubie fons, melius habent:* A. 1214. frater Conradus de Marburg predicare incepit et hereticos quoscunque volebat per totam Teutoniam nullo contradicente combussit et sic decem et novem annis predicavit. *Persecut*[illegible]*reticorum circumventus et interfectus est, ut satis notum est,* [illegible] *Maguntia in itinere ad Marburgum.* 4) Ep[illegible] Christi *apud Closener 'Städtechr.' VIII. (Stra*[illegible]*claram narrationem et cantica in Chron. Limbu*[illegible] 5) *Reconciliatio inter archiepiscopum Gerlacu*[illegible]*, administratorem*

scopus et lantgravius Hassie[1]. Eodem tempore mortuus est archiepiscopus Treverensis, cognatus imperatoris[2].

Anno D. 1352.[a] Tartari pagani cum maximo exercitu invaserunt terminos christianorum et Rutenorum et regionem regis Crackoviens*is*, terras predictas et habitantes in eis devastantes[3].

Tunc anno 50. facta est pestilentia generalis per totum mundum, et mortua est ultra quam tercia pars hominum et
*f. 95'. *de omni gente.

Anno etc. 54. Renum est a frigore compactum a principio usque ad finem, ita quod transiebatur sicut terra arida sicco pede, quia fuit hyems durissima. Sequenti vero autumpno fuit vinum optimum et pro modico estimabatur. —

Hucusque quamvis ipse . . vera conscripsi; que autem sequuntur certa et vera comprobantur. —

Anno 1347. die Aprilis Clemens VI. papa deposuit Henricum de Viernburg archiepiscopum Moguntin*um* et substituit
Dec. 21. Gerlacum. Henricus obiit 1353.[b] in die Thome apostoli[4].

1356. Anno Domini trecentesimo quinquagesimo 6. crevit vinum tam debile, quod vix homines bibere poterant, et si vinum vetus poterat inveniri[c], in hoc non poterat tam preciose . . . nisi biberetur; et homines, qui poterant hoc habere pro excellenti precio, gavisi sunt quasi gratis haberent; et annona preciosa; et facta est pestilencia in multis partibus terre.

Eodem anno in Octobri facte sunt terremotus, et in-
Oct. 17. cepit in crastino Galli confessoris ita fortes et tam plures, sicut unquam visum est. A quo terremotu subverse sunt civitates et multa castra super firmas . . locata. Et cecidit civitas Basilea in nocte et . .* de igne, et . . et perierunt in

*) et eicit de igne c. *corrupte; pro* eicit *fortasse legendum est* interiit; *cf. Fr. Closener 'Städtechr.' VIII, p.* 136. *W. suspicatur* eciam de igne.

a) M.CCC.II. *c.* b) M°CCC.VIII. *c., haud dubie mendum librarii est, qui* V *pro* L *legit.* c) invenire *c.*

ecclesiae Moguntinae, per regem Karolum IV. effecta est a. 1354, *Ian.* 3; *v. Gudeni Cod. dipl. III, p.* 365 *sq.* 1) *Archiep. Gerlacus et landgravius Hassiae Heinricus II. cum filio Ottone.* 2) *Archiep. Balduinus Trevirensis obiit a.* 1354, *Ian.* 21; *Chron. Limb. c.* 32. 3) *Cf. de bello Tartarorum a.* 1352, *ad quod narratio cum falso anno* 1302. *haud dubie spectat, Matth. Nuwenb. (ed. Studer) p.* 203: Item anno 52. rex Lytovie cum auxilio Tartarorum . . . per Russiam . . . transiens animo destruendi Cracoviam. 4) *Cf. Catal. episc. Mog. (Jaffé Mon. Mog.) p.* 5. *Archiepiscopus Heinricus de Virneburg depositus est a.* 1346, *Apr.* 7. (man nannte ihn buseman, weil er gern trank, *Chron. Limb. c.* 26), *mortuus a.* 1353, *die S. Thomae, v. Ioannis Rer. Mog. I, p.* 605.

ea plus quam mille quingenti homines, et nulla domus in ea 1356.
integra permansit nisi vilis domus cuiusdam *theolonarii, ita *f. 96.
quod murus non remansit super murum[1].

Eodem anno Gerlacus archiepiscopus Maguntinus obsedit Erenvels castrum et Haseloch castrum[2], que Cuno de Falckenstein obtinebat, et expugnavit ea episcopus et obtinuit. In Decembri eiusdem anni facta sunt diluvia magna, et Rhenum crevit ultra statum debitum valde.

Eodem anno hyems suavis facta est valde, et modicum frigus est inventum, et estas precedens hyemem fuit ita frigida, quod aliquis calor non est inventus nisi in Augusto modicum et non plus.

Eodem anno factum est bellum maximum inter regem Anglie et regem Francie. Rex vero Francie succubuit captus esse et perdidit magnam partem regni sui, et sunt quam plurimi interfecti de Alamania[3].

Anno vero 1357. factum est tornamentum maximum vel
valde magnum Moguncie circa festum purificationis. Postea *Febr. 2.*
circa dominicam Invocavit cesar Romanus fuit in Moguncia, *Febr. 26.*
Carolus rex Bohemie[4]. Eodem anno inter festum pasce et *Apr. 9—*
pentecostes facti sunt terre motus creberrime, qui inducebant *Mai. 28.*
magnum pavorem[a] habitatoribus civitatum, ne caderent edificia, et pinnacula quorundam edificiorum ceciderunt in Moguncia.

Anno D. 1357. circa festum Viti et Modesti facta est *Iun. 15.*
inundacio imbrium tam valida, quod multa edificia destruxit
in partibus Rheni, et maxime *que sita erant in convallibus *f. 96'.
inter montes, sicut in Herbach, Hasmansshusen[5].

Eodem anno circa festum ascensionis fuit regina Ungarie *Mai. 18.*
et rex Romanus in Maguncia causa peregrinationis cum magna multitudine gentis[6]. Eo quoque tempore fuit divulgatum per

a) ...onem c.

1) *Terraemotus Basileae die S. Lucae,* 18. *Oct.* 1356 *factus est; diversas narrationes W. Wackernagel 'Basel im* 14. *Jahrh.'* p. 224 *sq. collegit; cf. Chron. Limb. c.* 42. 2) *Ehrenfels contra Bingen. Haseloch prope Wiesbaden:* sylva Heseloch *Gud. Cod. I, p.* 479; curia olim nostra Haslach, *in diplom. Eberbacensi Baur 'Hess. UB.' I, p.* 4. 18. *et saepius.* 3) *Pugna apud Maupertuis a.* 1356, *Sept.* 17. *Cf. Chron. Limb. c.* 35. 4) A. 1357, *Febr.* 23. *Böhmer-Huber Reg. Kar. IV.* 2616. *et* 2617. 5) *Erbach in Rhingavia et Assmannshausen, utrique vici in ostio faucium montanarum siti.* 6) *Res alioquin ignota. Regesta Karoli IV. eius commorationem indicant:* 18. *Maii* 1357. *Francofurti* 20. *Friedbergae* 26. *Coloniae. Intra hos dies rex Moguntiae fuisse videtur. Cf. Heinr. de Diessenhoven (Böhmer, Fontes IV.) p.* 108: Postea *(*1357. *mense Maii)* . . . cum matre regis Ungarie reversus in regnum Alamannie, ivit in Aquisgrani et in Coloniam, ipsam associando. *Ungariae regina, mater Ludovici Magni, Elisabetha de Polonia erat.*

totam terram Renensem per litteras auctenticas, quod Antechristus natus esset, et narrabantur infinita signa que fecisset. In nativitate et post eciam dicebatur de multis miraculis de maximo calore qui deberet advenire, et de magnis fluviis et de multis preliis; que Deus avertat!

Anno predicto facta est magna pestilencia in multis partibus Rheni et in Hassia et Thuringia et Wedderabia, et annona preciosa est, quia crevit valde modicum siliginis, sed bonum, et vinum similiter[1].

22. Eodem anno circa festum Marie Magdalene eclipsis lune facta est, quia fuit plenilunium, et facta est in quantitate manus, et postea eodem die reintegrata est.

Anno 56. predicto repertum est foramen in muro Pingwie factum a Cunone de Falckenstein, et ob hoc facta est inter dominum Moguntinum etc. et Kunonem predictum magna discordia[2].

Anno 57. predicto congregatus est magnus exercitus qui dicebatur societas, et pertransibant omnes terras Provincie et Francie. Tandem irruerunt super dominum papam circa Avinionem[a], qui[b] dedit eis tantum thesaurum, quod recesse-
97. runt ab eo. Et fuit numerus eorum octo milia *fortium virorum preter vulgum qui sequebatur[3].

58. Alia societas congregata est in Lombardia contra dominum Mediolan*ensem* et adversus alias civitates, et plurima castella devastarunt, et alie civitates redimebant se ab eis cum ingenti pecunia[4]. Et fuit numerus eorum fortium virorum de Alamania, Ungaria . . . triginta milia, excepto vulgo qui sequebatur.

Postea* eodem anno episcopus Maguntin*us* exegit alterum dimidium maius subsidium a toto clero sue diocesis. Eodem tempore dominus Innocencius papa poposcit decimam ab omnibus clericis totius mundi catholicis, et non obtinuit eam ab eis, sed dabantur sibi procurationes due pro satisfactione.

1. 5. Eo tempore circa festum Bonifacii mellifluus ros descendit super terram prope Maguneiam, quod multi gustu experti sunt.

*) *Verbis* Postea — subsidium *c. linea subducta et effigie*[illegible] *adposita est.*

a) certa Annoñ *c.* b) quo *c.*

1) *Magna lues et caritas annonae a.* 1356. *Cf.* [illegible]
Heinr. de Diessenh. l. c. p. 106: Ubi *(Pingui*[illegible]
subterraneo et a quodam de Falckenstein [illegible]
maliciose, per quam iri poterat ad cameram a[illegible]
*epistolas archiepiscopi Gerlaci (*1356, *Sept.* 1[illegible]
(Nov. 7*) ad senatum Francofurtensem data*[illegible]
p. 305. *adfert.* 3) *Cf. Baluzii Vitae Pap. A*[illegible]
pus, p. 1357, mense Iulio, *notatum est.* 4) *C*[illegible]

Eo tempore circa octavam nativitatis sancti Iohannis 1358, Iul. 1.
sursum catarracte celi sunt resolute, et cecidit nubes super ram prope Magunciam, multas domus et villas devastans et ducens, perfluens usque ad Rhenum cum maxima inundatione.

Eo tempore missus est legatus ex curia, scilicet Philipus episcopus Cavallicensis, versus Alamaniam et venit Mo*unciam* ad colligendum procurationes . . a clericis; hic abuit omnem potestatem, quam summus penitenciarius pape olet habere et maiorem super omnes dispensationes et huiusodi etc.[1]

Eo tempore est facta pestilencia valida in partibus inerioribus et in Colonia[a] et inibi. Eo tempore antequam vindemia inciperet vinum fuit tam preciosum, quod vinum venale non inveniebatur; sed postea statim *quando uve erant *f. 97'.
collecte vinum optimo foro[2] erat, sicut unquam in decem annis antea factum est: ita ego vidi et audivi. Hyeme sequenti Rhenum est compactum circa tres septimanas.

Anno 59. Rhenum inundavit magis quam antea unquam 1359.
in decem annis. Eodem tempore circa festum pentecostes Iun. 9.
omnes principes Wedderabie, Rheni et alii plures, scilicet dominus Moguntinus, Coloniensis, Treverensis, langravius Hassie, abbas Fuldensis, civitates[b] quoque ad imperium Romanum pertinentes in eisdem partibus site et alii comites et domini provinciarum in his partibus morantes[c] obsederunt castrum cum civitate Velmar[3] propter violatam regiam *pacem*[d], quam Carolus rex Romanorum eo tempore constituerat, a domino Philippo de Ysenburg et suis complicibus, cuius tale castrum erat: et subverterunt castrum cum civitate infra quinque ebdomadas[e], ita quod lapis non remansit super lapidem[4].

Eo tempore dominus papa Innocencius sextus expulit omnes alienigenas de civitate sub . . et paucos in ea reliquit, nisi haberent[f] fideiussores et causas rationabiles. Et hoc propter metum quorundam barbarorum christianorum, qui suam terram irrumpere minabantur, scilicet societas.

Eo tempore continuate sunt pluvie super terram a festo Iun. 24. — Sept. 8.
nativitatis Iohannis baptiste usque ad nativitatem Marie vir-

a) colonibus *c.* b) civitatum *c.* c) morantur *c.* d) *suppl.; c. est sine lacuna.* e) ebedomadas *c.* f) haberet *c.*

1) *Vita Innoc. VI. l. c. p.* 350: Mittitur hoc anno die sabbati 14. die tobris in Alamanniam dominus Philippus episcopus Cavallicensis *(i. e.* *Cavaillon). Cf. Heinr. Rebdorf. (Böhmer, Fontes IV) p.* 566. : 'bon marché'. 3) *Villmar prope Runkel ad Lahn fl.* de rebus aepp. Mog. *ap. Bodmann 'Rheing. Alterth.'* , *Fontes IV, p.* 365. *et Chron. Limb. c.* 50.

ginis, et fuit aura nimium distemperata, quia raro potest contingi aliqua dies nisi plueret, et ex hoc magnus timor incussus est hominibus, nec radii solares nisi rarissime directi sunt super terram.

*f. 98. Nov. 1. *Eo tempore circa Omnium Sanctorum fuit pestilencia gravis in Bohemia et in partibus Bohemie et circumsitis.

Eo tempore fuit quidam frater ordinis Minorum et in vinculis Innocencii pape sexti, vaticinans multa futura diversosque mundi eventus[a], que pro maiori parte veritate comperta sunt[1].

Anno D. 1360. in Marcio erat aura suavissima et temperies aeris optima; in fine autem Marcii venit ventus inducens frigus magnum una nocte et peremit quicquid floridum fuit in arboribus, vineis quoque multum nocuit, nuces autem in tantum vastavit, quod nec viriditas in ramis appareret.

Eo tempore facta est congregacio barbarorum de Anglia et regione Avernen*se* et de Almania magna, valde multis plagis inhumaniter terras, civitates et oppida Meten*sium* Lottringorum et comicie de Baren devastaverunt, quorum, ut dicitur, aliqui de hominibus casu interfectis intestina, scilicet epar et pulmonem, fame coacti rapuerunt et cocta comederunt, et divisi[b] castra et castella possiderunt in eisdem partibus, et multi reversi ad patriam suam[2].

Eodem anno in Augusto Carolus imperator fecit expedicionem pergrandem cum omnibus principibus et civitatibus Alamanie et Bohemie adversus comitem de Wertenberg, cuius territorium et terras circumsitas miserabiliter devastarunt, habens 50 milia galeatorum armatorum excepto vulgo, habens quoque 15 milia curruum[c] et bigarum. Tandem inito pacto ab eo recesserunt et ablatam terre partem restituerunt[3].

*f. 98'. 1361. *Anno sexagesimo primo in mense Ianuario obiit Gerlacus comes de Nassaw, pater archiepiscopi Moguntini Gerlaci[4].

Eo tempore congregacio magna filiorum Belial, barbari christiani . . iterum partes Provincie super dominum papam circa Rodanum subvertentes, opida et castella multa et ad Sanctum Spiritum civitatem expugnarunt et predaverunt.

a) eventos *c.* b) *W. proposuit* diversa. c) currum *c.*

1) *Fusius de hoc Minorita et eius vaticiniis disserit Heinr. Rebdorf. l. c. addens:* et propter hoc captus fuit per dominum papam. 2) *Cf. Heinr. de Diessenh. p.* 117. 3) *Cf. de bello contra comites Eberhardum et Ulricum de Wirtemberg ibid. p.* 118. 4) *Senior comes Gerlacus Nassovius mortuus a.* 1361, *Ian.* 7. *(Menzel 'Gesch. v. Nassau' V, p.* 16*).*

Contra quos papa[a] fecit predicari crucem, et papa dedit eisdem[b] 60 milia florenorum, et recesserunt ab eo[1].

Eo tempore exiit edictum a papa, ut omnia bona post mortem clericorum beneficiatorum relicta, exceptis bonis patrimonialibus, tenentur domino pape, sed dimittebatur.

Eodem anno in Februario, aere serenissimo neque minima nubecula tecto[c], apparuerunt irides in celo non secundum modum consuetum, sed stantes in aere quasi falces, neque circuitus[d] respiciebat terram, sed inferior finalitas equaliter medio stetit in aere[2]. Post circa dominicam Invocavit appa- *Febr. 14.*
ruit nubes flammivoma in celo ad spatium unius miliaris, quod multi viderunt . Tunc mortui sunt . .

Hyems precedens fuit . . . quod magna pars vinearum in ariditatem versa est et fici quod[e] omnes in Moguncia perierunt. Circa dominicam Quasimodogeniti Carolus im- *April. 4.*
perator convocavit omnes electores imperii et quam plures alios dominos et principes ad suscipiendum filium suum de fonte baptismatis. Tunc factum est tornamentum in Nurenberg coram imperatore et principibus et hastiludium de 500 gradariis magnis[3].

In Iunio facta *est maxima pestilencia et mortalitas in **f. 98 (bis).*
curia Romana Avinione[f]. Tunc obierunt ibi multi clerici Alamani[4].

In hoc anno fratres de domo Theutonica captivarunt regem paganum Litovie nomine Stad, qui tandem evasit aufugiens ad patriam suam[5].

Eo tempore facta est coniuratio valida a quibusdam baronibus Alamanie, et maxime a Renensibus, qui conabantur congregare cohortem et societatem iuxta mare Lombardie et miserunt ad partes Lombardie pro societate, ut esset eis amminiculo, conantes regiones, civitates et principes provinciarum opprimere. Quorum, ut asseritur[g], numerus in duabus

a) quem papam *c.* b) eidem *c.* c) tecta *c.* d) circuitas *c.* e) *W. coniecit* quasi; (quoque *G. W.*) f) Avinieñ *c.* g) asserit *c.*

1) *Vita Innoc. VI. p.* 364: De mense Ianuarii anno Dom. 1361. societas Anglicorum cepit villam Sancti Spiritus prope Avinionem. *Cf. Heinr. de Diessenh. p.* 122. 123. *et Heinr. Rebdorf. p.* 567. 2) *Heinr. de Diessenh. p.* 122: Item in Februario 7. Idus eiusdem mensis . . . vise sunt rubigines ascendentes de terra ad modum ignis *etc.* 3) *Dies baptismatis Wenceslai erat* 11. *Apr.* 1361; *cf. Heinr. de Diess. l. c., Heinr. Rebdorf.* 547, '*Städtechr.*' *I. (Nürnb. I) p.* 352, *Chron. Limb. c.* 35. *Gradarius est equus militaris.* 4) *Cf. Heinr. de Diess. p.* 125. *et Heinr. Rebd. p.* 568. 5) *Cf. Vita II. Innoc. VI. p.* 335: Hoc anno (1361) per fratres ordinis Theotonicorum captus fuit Kuystad rex Lituwanorum. *V. de capto regulo Lituaniae nomine Kynstutte, qui postea ex custodia clam effugit, I. Voigt,* [illegible] *p.* 142; *cf.* '*Städtechron.*' *XIX. (Lübeck I) p.* 531.

noctibus crevit ad quadringentos 50 viros armigeros de baronibus, militibus armis bellicis instructis. Quo comperto, principes provinciarum domini Moguntin*us*, Treverens*is*, Coloniens*is*, dux Bavarorum et alii plures cum civitatibus potentibus predictam congregationem sedarunt, et sic illa pessima machinatio fuit sedata. Tunc surrexerunt filii iniqui in . . .

Eo anno Kuno de Falckenstein cepit Philippum de Ysenburg cum quibusdam suis complicibus [1].

Eo tempore maxime viguit lues horribilis Avinione [a], ita quod defecerunt ministri palacii pape, et ceciderunt homines mortui ex improviso tam in lectis, in mensis quam in viis et ubilibet; et mortui sunt plures clerici, et octo cardinales obierunt [2].

Eodem anno circa Carnisprivium quoddam miraculosum veridica [b] relatione multorum accidisse probatur in partibus Rheni inferioribus. Nam quidam miles, morans in castro quodam [c], invitans omnes barones et nobiles cum uxoribus
f. 98' (bis). et filiabus eum circumsedentes; quibus omnibus *in dicto castro congregatis, iussit miles castrum claudi et neminem intromitti, quasi omnes ibidem haberet quos libenter haberet. Tunc ceperunt invitati et omnes ibidem congregati cum summa ambitione diversa illicita gaudia cum coreis et aliis ludis multimodis exercere; habuitque predictus miles capucium plenum nobilis [3] aureis dependentibus, et quando ipse saltabat nobile dederunt sonitum. Statim portis castri undique seratis [d], apparuerunt in medio convivancium adolescentes ignoti [e] . . cum quo facto [f] omnes presentes timuerunt; qui interrogati, unde [g] venirent, nichil responderunt, et turbati sunt omnes convivantes. Predictus autem miles nimium territus ianitorem dure increpavit; qui respondit, quod neminem intromisisset; quocumque autem predictus miles se divertebat, nobile clarissimum sonum reddebant, an quiesceret an iret.

a) Avinień *c.* b) *sic. corr. cum Wyss pro* vita dico. c) quoddam *c.* d) porte castri undique seras *c.*, *corr. W.* e) adolescentem dignati *c.*; *cf. infra* ignoti adolescentes. f) fcē *c.* g) vidit *c.*

1) *Cf. narrationem Chron. Limb.* c. 56, *quomodo Cuno de Falkenstein, administrator episcopatus Trevirensis, una cum Limburgensibus novum castrum 'Gretenstein' domini de Isenburg expugnaverit et ipsum ceperit, nec non eximiam descriptionem Cunonis his verbis:* 'der stont uf sinen beinen als ein lewe' *etc.* 2) *Vita II. Innoc. VI. p.* 355: Eo tempore in aestate mortalitas reincepit in Avinione, ita quod . . . octo Cardinales mortui sunt et populus innumerabilis. 3) Nobilae = *Nobilia; nobile, raro nobulus, genus monetae aureae Anglicum, cf. infra f.* 139. florenorum que dicuntur theutonice '*nobiln*'.

Tandem ignoti adolescentes maximo strepitu recesserunt et per *aerem*[a] evolaverunt, fracto per eos firmo propugnaculo, quod de muro eminebat, et in fossatum proiecto, et capucium dicti militis secum duxerunt. Et sic intellectum est, quod demones essent, et sic factum est convivium cum magna tristicia convivantium. — Eo anno transit estas absque omni tonitruo*.

Anno D. 1362. in mense Iulio congregata est quedam 1362.
societas barbarorum christianorum numero 50 milium, ut dicebatur, multas insolentias in partibus Metensium exercentes, volentes ad partes Rheni se transferre. Tunc convenerunt omnes principes et civitates opinate per totam Alamaniam
*Moguncie[b], ubi conspiraverunt contra dictos barbaros; et ex *f. 99.
generali sententia decreverunt contra ipsos procedere, unusquisque princeps vel civitas secundum posse suum, ordinantes tres turmas, quarum unaqueque dictos barbaros poterat vincere[1].

Postea vero in Septembri mortuo Innocentio papa VI.
Urbanus quintus eligitur et in vigilia Omnium Sanctorum Oct. 31.
postea confirmatur, qui prius erat abbas Marsiliensis ordinis sancti Benedicti[2]; nec ante suam electionem quartus ante[c] cardinalatus gradum . . fuit tanta inundacio aquarum ubique et maxime, ut multi scolares viatores . .[d] obtinenda periclitarent.

Postea anno 63. circa nativitatem Domini idem papa 1363.
dedit crucem pro redemptione Terre Sancte et ad faciendum passagium generale, cuius facti rex Cipri fuit inchoator, qui Alamaniam visitabat et ibi fuit . . . descendens per flumen Rheni ad partes inferiores. Caruit tamen effectu et nichil . . .[3].

*) *Manus B explevit quatuor lineas in margine, signo manus cum numero a.* 1525. *adpicto, his verbis:* Sicut et anno 1525, ratio: 'die teufel in der luft waren alle in die bawern kumen, in welchem jare viel kirchen und closter verstort, verbrant und verhert worden seyn: doctrina Martini Luther mali hominis'. *Cf. praefationem.*

a) aerem *suppl. in lacuna W.* b) magis *c.* c) *pro* quartus ante *fortasse legendum est* provectus ad. d) *supple:* de vita.

1) *Cf. litteras exhortatorias episcopi Argentinensis, principum, dominorum et civitatum Alsatiae contra Anglos, Colmariae* 1362, *Maii* 25, *in Schilteri annot. ad Königshofen p.* 887. 2) *Innocentius VI. mortuus est a.* 1362, *Sept.* 12. *Successor fuit Urbanus V, nominatus antea Guillelmus Grimoardi, abbas Sancti Victoris Massiliensis, nondum cardinalis.* 3) *Rex Cypri Petrus I. venit ineunte a.* 1363. *Avinionem, ubi de expeditione sacra convenit. Vita Urbani V. l. c. p.* 366. *Cf. de adventu eius Argentinae Koenigshofen, 'Städtechr.' IX. (Strassb. II) p.* 858.

1363. Postea circa festum pasce idem papa anathematizavit[a]
Apr. 2. Barlabonem[b] vicecomitem Mediolan*ensem*, crudelem tyran-
*f. 99'. num, et omnes sibi adherentes, et ipsum damnavit, *et bullam apostolicam talis damnationis per plures terre partes emisit[1]. Tunc Carolus imperator duxit uxorem, que quarta fuit, defunctis tribus primis uxoribus suis[2].

Sept. 29. Postea circa festum Michaelis facta est pestilencia in Maguncia et aliis multis locis.

1364, Ian. 5. Anno vero 64. Rhenus est coagulatus a vigilia epiphanie
— Mart. 17. Domini usque ad festum palmarum; tunc glacies resoluta est et recessit absque omni dampno.

Eo tempore congregata est societas multorum armatorum de diversis mundi partibus, habens numero triginta milia equitum; devastabant locum dictum ad Sanctum Theobaldum[3] et terras circumsitas, minantes, se velle terram Rhenensem invadere*. Unde pertimescebant civitates iuxta Rhenum, habuerunt colloquium in Maguncia.

Postea in mense Iulio aquilone flante grando multa frumenta oppressit; post illam grandinem factum est tempus frigidum ultra consuetudinem et duravit circa decem dies.

Circa idem tempus orta est seditio magna inter Philippum seniorem dominum in Mintzenberg, et obsessa est ab eis de Kunginstein[4] . . civitates per Wedderabiam ad imperium pertinentes[c].

Iul. 25. Postea circa festum Iacobi rex Cipri venit Maguncciam in negotiis passagii ut prius.

In mense Augusto condictum est bellum inter duces Bavarie et ducem Austrie, sed non venit ad effectum, quia
*f. 100. dux Austrie cessit prelio, *et hoc dolose, ut sic suos adversarios expensis maximis aggravaret[5].

Circa idem tempus Tartari invaserunt regnum Krakaw cum maximo plebis tumultu, sicut complures ante fecerunt.

Tunc in partibus Rheni fuit vinum valde preciosum, quia ex frigore quod fuit cum vinum floruit, et frequentia fulmina maxime botros annichilarunt, quamvis vites multos racemos haberent.

*) *In margine manus A scripsit:* quod iam pre manibus est.

a) *post* anathematizavit *cod. iterum habet* idem papa. b) Barlobos *c. corr. W.* c) percurrentes *c., corr. W.*

1) *Bernabo Visconti. Cf. Vita Urbani V. p.* 401: Martii die tertia in consistorio publico declaratus fuit haereticus dominus Bernabos Mediolanensis *etc.* 2) *Elisabetham, ducis Pomeraniae Bogislai V. filiam, in uxorem duxit a.* 1363, *Apr.* 3) *S. Theobald prope Gorziam et* … 4) *Münzenberg ad fl. Wetter, Koenigstein prope Homburg in N*… 5) *Bellum ducum Bavariae, Stephani I. et Alberti de Hollandia* … *Rudolfum Austriacum de Tirolis ditione certantium.*

Item viguit magna pestilencia circa Rhenum durans pene 1364.
ad festum Marci euangeliste, et mortui sunt in civitate Mo- April. 25.
guncia sex milia hominum in hac pestilencia et . .

In Septembri venit incredibilis multitudo locustarum volantes hinc inde cum maximis . . et transvolaverunt Rhenum in multitudine gravi tamquam nebula, et in multis partibus residerunt et fructus terre ubi residebant usque ad aridam terram roserunt[1].

Hyems sequens suavissima facta est, ita quod pene nullum frigus apparuit neque congelatio[a] glaciei reperta est nisi duabus noctibus et modice usque ad festum Marci; tunc April. 25.
ventus gelidus flavit, quasdam tempestates postea excitando cum pluviis continuis usque ad tempus messium.

Anno 65. circa festum pasce exiit rumor veridicus, quod 1365. April. 13.
Romani adiuncta societate elegerint alium regem, qui natus erat ex Alamania et de Habsperg; sed postea veritate comperta nichil veri fuit.

*Tunc imperator Karolus transtulit se Avinionem[b] ad *f. 100'.
papam Urbanum cum magno comitatu, habens, ut dicebatur, tria milia equitum exceptis pedestribus, visitans singulos[c] cardinales in suis curiis quasi humilis persona[2]. [Item[d] tunc civitates imperii obsiderunt Lichen[3] et obtinuerunt*.] Gallici estimabant eum quidam[e] sanctum, quidam stultum.

Postea in mense Octobri revertente imperatore ab Avinione, societas barbarorum de Anglia et de aliis multis partibus congregata invaserunt partes Alamanie, scilicet Elsaciam, visitantes civitates Argentinam et oppida et terram circumsitam horribiliter occupando. Quorum fuit innumerabilis multitudo; ut relatum fuit, fuerunt sex milia galeatorum, duodecim milia peditum bellicorum virorum, excepto vulgo ipsos comitanti, habentes capitaneum qui dicebatur archiprespiter. Et fama communis volavit, quod ex consilio et favore imperatoris illuc venissent, quia ipsos trans Renum duxisse voluit, si non populus terre obstetisset[4]. Contra quos convenerunt omnes principes totius Alamanie de Rheno

*) *Haec uncis inclusa falso loco a librario inserta sunt.*

a) congelas *c.* b) davinoñ *c.* c) Anglos *c.* d) idem *c.* e) quidem *bis in eodem versu c.*

1) *Locustarum calamitatem etiam Chron. Limb. c.* 65. *commemorat.*
2) *Cf. de itinere Karoli IV. ad Avinionem Matth. Nuwenb. cont. (ed. Studer) p.* 213. *et Koenigshofen p.* 485. *Reg. Karoli IV. eius commoratio-* ... *fine Maii et initio Iunii* 1365. *indicant.* 3) *Lich ad* ... *Y. Koenigshofen p.* 487, *qui eandem incusationem im-* ... *gari rusticorum refert, ipse addens, magistrum et* ... *hanc famam falsam coarguisse.*

de partibus inferioribus, de Bavaria, de Thuringia, de Saxonia, Westvalia, Hassia, Thuringia, Austria, Franconia, et alii multi cum totis viribus; maxime dux palatinus, archiepiscopus Maguntinus, episcopus Augustensis, et civitates imperii et libere per totam Alamaniam multum nimis populum belligerum illuc miserunt, in tantum ut etiam pedites quidam ad partes proprias propter multitudinem non oportunam remitterentur. Ut dicebatur, numerus galeatorum optimorum bel-
*f. 101. latorum fuerunt ultra viginta milia, peditum *octoginta milia fortissimorum virorum convenerunt circa Argentinam[1]. Cum autem aciem dirigere intendunt adversus barbaros predictos, ipsi ad partes Italicas aufugerunt, et sequebatur exercitus Alamanorum ipsos usque ad montanos; sed ipsos non poterant detinere, et recesserunt unusquisque ad propria. Hec omnia ex consilio imperatoris communiter[a] esse facta narrantur.

Item Kalendis Augusti intrantibus facta est maxima aeris distemperies cum ventis et pluviis continuis durans
Aug. 13. circa quatuor septimanas. Interim feria quarta ante festum assumptionis Marie hora quasi nona ortus est ventus validissimus, durans quasi per horam dimidiam, qui fuit ita fortis et austerus, quod quasdam ecclesias et domus totaliter everteret, tegmina autem[b] multarum domorum deiecit, pinnacula turrium et tota tegmina deiciens[c] et magnam partem structure diverse annichilans, naves quoque multas submergens, arbores plurimas magnas et fortes radicitus evellens, fructus arborum et vineas inhumaniter demoliebatur.

In mense Octobri et infra vel citra sicut hucusque insanuit pestilencia inguinaria, sed maxime in Colonia, in Westvalia, in Hassia et in multis aliis partibus circumcirca.

Tunc obiit Nicolaus prepositus Sancti Victoris extra muros Ma*guncie,* summus consiliarius domini Gerlaci archiepiscopi Mogunt*ini*[2].

*f. 101'. Item circa nativitatem Christi rumor venit, quod rex
Dec. 25. Cipri Allexandriam Grecie et terram circumsitam debellasset et depredatus esset. Et verum est, quia fuit in Allexandria aliquot[d] dies, sed non poterant eam obtinere, quia Anglici spoliis sumptis aufugerunt[3].

a) 9n̄lter *c.* b) aut *c.; corr. W.* c) deicians *c.* d) aliquod *c.*

1) *Chron. Limb. c.* 68: Wide unde side hatten si bi vir unde zwenzig dusent reiselude wol gewapent. 2) *Nicolaus de Grünenberg obiit secundum epitaphium a Ioanne, Rer. Mog. II, p.* 630, *traditum* [illegible] *die m. Augusti* 1365; *inibi nominatus est* prepositus huius ecclesie, [illegible]tarius dom. Gerlaci de Nassove archiepisc. Mogunt. 3) *Vitae Ur*[illegible] *p.* 371. 404: Eodem anno (1365) die 11. Oct. capta fuit Al[illegible]

Item eodem tempore Urbanus papa destinavit societatem[a], que Alamaniam intravit et in Italia consedebat, contra regem Yspanie hereticum et Iudeum factum, sallarians ipsos copiose, cum tali pacto, quod omnem terram illam, si sibi subiugarent, in feudum a sede apostolica haberent. Cuius pacti rex Francie obses fuit, et ipsi multas civitates expugnarunt et terram circumsitam obtinuerunt[1].

Anno 66. a festo pasce usque ad assumptionem continuate sunt pluvie cum magnis inundationibus, et aer fuit continue nubilosus cum frigiditate, quod propter hoc vinum cepit fieri preciosum, quia fuit aura mirabilissima et instabilis, aquilone ex[b] obliquo semper tonante impetuose, quia rarissime radii solis terram inviserunt. Interea agebatur pernitiosus gwerrarum[c] tumultus inter episcopum Maguntin*um* et civitatem Maguntin*am*, unde multi clericorum timentes cum suis rebus a civitate recesserunt. *1366. April. 5.— Aug. 15.*

Tunc pacificata[d] sunt opida Wederabie ad imperium pertinentia cum Philippo de Falckenstein morante in Kungstein, qui fuit maximus tyrannus . . .

Tunc eciam fuit magna dissensio inter dominum Maguntin*ensem* et ducem 'fon me Saltze'[2].

Interea societas barbarorum morabatur in confinio Metensium; contra quos iterum exierunt principes et civitates circumsite.

Circa predictum tempus facta est magna inundatio aquarum ex *continuis pluviis. Tunc pisces plurimi fuerunt, et fuerunt in tam bono foro sicut unquam in diebus meis fuerant, quia Rhenus et aque maxime inundaverunt. **f. 102.*

Et circa nativitatem Marie Karolus imperator venit Magunciam et concordavit dominum Gerlacum archiepiscopum cum civibus Maguntinen*sibus*, ita quod cives Maguntin*enses* dederunt archiepiscopo quindecim milia florenorum, sed cum subsidio ipsius imperatoris, qui ipsis auxilium fecit de theoloneis. Et multa, que archiepiscopus a civibus petiit, reformata sunt ad statum debitum[3]. *Sept. 8.*

a) societates *c.; corr. W.* b) et *c.; corr. W.* c) g[3]warum *c.* d) pacificati *c.*

per Petrum regem Cypri, sed eam non fuit ausus tenere dubitans de inimicis Christi *etc.* 1) *Urbanus V. damnavit regem Castiliae Petrum Crudelem quasi haereticum et defensorem Iudaeorum et cum Karolo V. rege Franciae auxilia duce Bertrand du Guesclin misit ad partes Heinrici de Trastamara.* 2) *Albertus II. Brunswicensis, filius ducis* [illegible]*sti, a castro Salze, ubi sedem habebat, cognomen tulit 'herzog zum* [illegible] *V. Havemann, 'Gesch. von Braunschweig-Lüneburg' I, p.* 426. [illegible] *bitrium dominorum mandatariorum de a.* 1366, *Sept.* 3, *confirmatum* [illegible] *per Karolum IV. Francofurti (Böhmer-Huber Reg. nr.* 4351*).*

In hoc autumpno crevit vinum amarissimum, quia uve non poterant maturescere propter pessimum pluviosum aerem iuxta prophetam: *Uva eorum uva fellis et botrus amarus.*
Deut. 32, 32. Et non cessavit ventus inducens pluvias usque ad festum
Dec. 6. Nicolai*. Tunc etiam annona vilia crevit et fuit preciosa, et omnia erant in caro foro propter[a] maliciam hominum que quottidie augmentatur.

In diebus illis mortuus est Otto lantgravius Hassie quasi morte subitanea, quia, cum aliquantulum debilis esset et de quibusdam placitis inter patrem suum illustrem Heinricum et archiepiscopum Gerlacum Mag*untinum* paululum deberet recedere ad proiciendam urinam, subito cecidit et mortuus est[1].

Circa idem tempus vise sunt due lune a quibusdam in Moguncia.

Interea quidam, videlicet dicti 'die zolner et de Rennenberg', pestilentes, circa Renum circumvagantes, captivaverunt clericos, quos poterant invenire, pretendentes, se iustam causam adversus dominum archiepiscopum Mog*untinum* habere. Unde incussus est timor clericis universis, ita quod unusquisque in loco tuto se retineret[b] circa collegia extra civi-
f.* 102'. tatem Maguntin*am*, *scilicet ad Sanctam Crucem et Sancti Victoris intrantes, in civitate[c] in suis locis permanere non audentes, quia archiepiscopus predictus, quamvis multas reciperet a clericis exactiones, tepide tamen defendit clerum, quia se minime intromisit, vacans commodo corporis[d], quia erat calculosus et homo infirmi corporis, committens ipsius onera quibusdam minus eruditis. Tunc fuit summus consiliarius Ulricus Rufus de Cronenberg miles vicedominus suus. Tunc clerus pro modico reputabatur.

Eo anno papa Urbanus beatissimus papa, renovans antiqua, creavit duos de ordine Mendicancium, scilicet Minorum et Predicatorum, cardinales[2], nolens detrahere statuta anti-

*) *In margine manu A:* ut iam.
**) *In margine ut supra:* ut iam fit.

a) praeter *c., corr. cum G. W.* b) retineret et *c. delevi* et, *W. legit* certa. c) civitatem *c.* d) commodo et corporis *c.*

1) *Otto Sagittarius, filius landgravii Heinrici II. Ferrei, obiit a.* 1366, *Dec.* 10; *cf. Rommel, 'Gesch. von Hessen' II, p.* 153. *cum annot. p.* 114, *ubi locus nostri chronici, quod hic male Chron. Wormatiense appellatur, ex tractatu Schminckii 'Untersuchung über Otto den Schützen' verbotenus laudatur.* 2) *Vita Urbani V. p.* 374. 405: Guillelmum Iadre ordinis Praedicatorum tunc episcopum Massiliensem . . . et Marcum de Viterbio tunc generalem ministrum ordinis fratrum Minorum. *Similem laudem, ut auctor noster, huic papae impertit Chron. Limb. c.* 60. *et* 87.

quorum, quia fuit lux mundi et via veritatis, amator iusticie, recedens[a] a malo et timens Deum. Cui invidebant quidam cardinales ut beato Iheronimo, quia reprehendit vicia eorum et avariciam et duxit eos Romam. Tunc eo . . .

Anno D. 67. papa Urbanus peciit a clero decimas decime reddituum clericorum. Istud eciam factum fuit ex consilio imperatoris Caroli, qui debebat . . . Tunc ab omnibus clericis cuiuscunque ordinis sive beneficiatis extorta fuit quedam propinatio, et ego dedi quatuor solidos cum tribus hallensibus, quamvis invite, saltim pro expensis legatorum pape.

In die epiphanie Domini Cuno de Falckenstein episcopus Treverensis suscepit curam regendi archiepiscopatum Coloniensem, *honestissime susceptus[1]. *Ian. 6.* **f. 103.*

Eo tempore fuit magna dissensio inter civitatem et episcopum Basiliensem, ita quod clerus recessit a civitate.

Anno predicto in mense Februario interposita est appellatio pro omnibus archiepiscopis et suffraganeis necnon clericis religiosis et secularibus cuiuscunque status et ordinis per totam Alamaniam contra decimam decimarum, excepto archiepiscopo Gerlaco Maguntino, qui fuit executor literarum.

Anno predicto in mense Marcii facta est inundacio aquarum ipsum[b] influ . . et ex liquefactione . .[c] precedenti factarum hyemps[d] precedens fuit valde . .[e] ultra debitum statum valde excrevit, ita quod post inundanciam, que facta est anno 43, non fuit maior; perurgebat enim et oppressit multas domos et . . .

Circa idem tempus multiplicata sunt mala hominum super terram, ita quod unusquisque alium impeteret in campis et compitis[f] obviantem, et qui prevaluit, victor extitit; transcurrerunt ante omnem regionem predones et nemini pepercerunt*), indifferenter habebant sive clericum sive rusticum; et dissenciebant principes, et facte sunt insolencie multe. Vulgus bestialiter vixit: iura non servabantur et mandata, ymo spiritualia contempnebantur; et *fuit timor omnibus viatoribus in Alamania et undique circa Rhenum, ubi olim pax vigebat; processus spiritualis iudicii omnino non curabantur[g] nec recipiebantur: fuit enim tempus pravum, et **f. 103'.*

*) *In margine ut supra:* iam eciam pre manibus.

a) recedes *c.* b) *fortasse legendum:* Rhenum influencium. *G. W.* c) *fort. supplendum:* nivium anno. *G. W.* d) h.ēps *c., sane perperam a librario lectum et scriptum.* e) *supple* dura. Rhenus. *G. W.* f) competis *c.* g) curabatur *c.*

1) *Decretum, quo archiep. Engelbertus III. Coloniensis* *rensem coadiutorem declarat, datum est die* 23. *De* *'UB.' III.*

omnia fuerunt incomparabilia necessaria hominibus et* . . — Deus avertat! — maius malum supereminet, sive enim crimen olim . . . versum in iactanciam multorum; pollent enim mali detractores, adulatores, usurarii, exactores et inhonesti questus amatores; iustus autem non requiritur, sed iacet ubique despectus; et quidem[a] non sine teste Scripture:
Ps. 36, 35. *Vidi impium superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani.*

In mense Aprili eiusdem anni facta est morbida pestis in Maguncia hominibus quasi generaliter, quia cum frigore incepit tussis et obstipacio incongrua pectoris, eicientes . . . et multi homines inde moriebantur; eorum autem qui sani manserant[b] aliqui sunt animo delirantes reperti. Quia proximo precedenti tempore fuit tanta inundacio aquarum sicut in viginti annis precedentibus nullus[c] recordatur.

Item in Maio papa Urbanus recessit ab Avinione[d] ad Romanas partes habitans Bitervis[1]. Tunc facta est separacio ab Avinione quasi omnium alienorum ibi morancium, et ipse intravit Romam; statim postea acquisivit hereditatem sedis apostolice cum integritate**.

In Iunio facta est in Alamania per dominos marggravium Thuringie, episcopum Mog*untinum* et plures alios gravis *guerra*[e] contra ducem 'zum Saltze' de Brunswig[2]; tandem
**f. 104.* inito pacto munitiones expugnatas *idem dux in feudum suscepit a domino Maguntino, et recesserunt ab eo.

De rore mellis[f] et conbustione turris ad Gradus Mag.

Eo tempore ros mellifluus in multis partibus descendit super terram, unde fuit mala caristiarum . .[g] secuta, que eciam postea evenit, ut multorum periculo comprobatur.

Turris ad Gradus fuit combusta. 1367.

Sept. 5. Item quinta die mensis Septembris circa mediam noctem orta est magna tempestas in aere super civitatem Maguntinam. Venit enim ventus orientalis cum maximo impetu et tanta frequentia, et horribilia tonitrua cum fulgure continue facta sunt, qualia nulla etas protunc hominum prius[h] facta meminerit. Tunc ex igne fulguris incensa est turris Sancte

*) *In margine iterum:* iam est.
**) *Manus A addidit:* Vide in isto passu Platinum; *cuius opus de vitis pontificum Romanorum primum a.* 1479. *editum fuit.*

a) quid *c., corr. W.* b) maserant *c.* c) nullis *c.* d) Avione *c.* e) guerra *in lacuna posui.* f) mestis *c., corr. W.* g) p̄figās *c.; W. proposuit:* presagicio; *G. W.* prefiguratio. h) plus *c. corr. G. W.*

1) *Vitae Urbani V, p.* 376. 406.: die ultima Aprilis dominus papa recessit de Avinione. — Bitervis = *Viterbo.* 2) *V. supra p.* 15. *n.* 2.

Marie ad Gradus in cacumine beate Marie ad Gradus sicut scintilla; qui ignis in tantum excrevit, ut totam turrim, quicquid in lignea structura erat, et aliam turrim propinquam magnam ligneam, campanas sustinentem[a], cum toto tegmine ipsius ecclesie et turrium consumpsit et in cineres redegit[1]. Tunc annona fuit preciosa; solvebat enim 31 ß h. 5*.

** In diebus illis in tantum stulticia hominum bachabatur, quod viri in adolescenti etate constituti vestes et tunicas tam brevissimas portabant, ut pudibunda nec nates *possent *f. 104'.
velare, quia in gressibus et sessionibus apparebant verenda genitalia; si autem aliquis se debebat inclinare, videbatur rima secretorum natuum egestionis: proch pudor inmensus[b]! Similiter mulieres exquisitis diversis et monstruosis incissuris[c] vestimentorum, ut et[d] mamillis discoopertis incederent, et quod propter vestimentorum strictitudinem in quibusdam posset considerari[e] membrum in medio feminum eius[2]. *Sic*
mutant gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fenum. Ps. 105, 20.

Rupertus de Nassaw.

In diebus illis insanuit circa Renum quidam Rupertus de comitibus Nassaw, morans in Sunnenberg castro prope Wißbaden; ipse erat frater Gerlaci archiepiscopi Moguntini ex latere patris[3]. Et idem multas insolentias exercuit cum
rapinis et incendiis pauperibus illatis. Attende, Domine, et cf. Thren. 1, 11.
considera! *Dum superbit impius, incenditur pauper!* Tunc Ps. 10, 2.
ipse non quievit, sed occidendo multos pauperes domini Philippi domini in Mintzenberg predavit eos et alios multos; non verebatur principes aut civitates potentes, in suis comitatibus perseverabat[f] diffidendo, occidendo, incendendo et predando.

In diebus illis facta est magna caristia frugum et omnium rerum venalium: maldrum siliginis Maguntine mensure

*) *Hic a librario verba inculcata sunt:* 3 heller et in Maguncia ein maldrum siliginis, *quibus, ut puto, pretium maldri siliginis* 31 β *h. et* 3 *h. indicare voluit. W. legit* XXX: β *(non* 31 β*)* *et pro V siglum* ·|· = id est, *sed hoc quid sibi velit haud perspicio.*

**) *Inscriptionem* Rupertus de Nassaw, *quam liber hoc loco habet, ad posteriorem narrationem spectare, apparet ideoque illic posui.*

a) sustinentes *c.* b) inmensum *c.* c) incessibus *c., corr. Bodmann, 'Rheingau. Alterth.' p.* 703. d) ee *c.* e) consedare *c., item Bodmann corr.* f) perserverabat *c.*

1) *De hac calamitate etiam Chron. Limb. c.* 79. *tradit.* 2) *Cf. de inhonesto novo vestitu Chron. Limb. c.* 27. 3) *Rupertus de Nassowe, filius Gerlaci I. et frater eodem patre genitus archiepiscopi Gerlaci, obtinuit in divisione terrae a.* 1355. *dominium Sonnenberg prope Wiesbaden.*

appreciabatur quodam illorum tempore tribus vel duabus libris et quatuor solidis hallensium in Maguncia.

Tunc exortus est tumultus magnus contra Iudeos in civitatibus commorantes; extranei enim cupiebant[a] alleviari
*f. 105. usuram, quod Iudei noluerunt *facere, inducti suasione Maguntinensium, qui fuerunt ipsorum defensores; quapropter timebatur, quod vi irrumperent extranei[b] civitates et non solum Iudeos, sed omnes habundantes spoliarent. Videte
Luc. 21,10. euangelium: *Surget gens contra gentem*, et prevalet malicia in multitudine.

Tunc eciam viguit guerrarum dissentio inter Philippum morantem in castro Kunigstein, qui fuit alter Nero, et Rupertum comitem in Sunnberg predictum dominum de Hanaw, barones de Belditsch[1] et multos alios, qui absque discretione[c] pauperes occiderunt et spoliarunt; et merito, quia non cognoverunt Deum.

Anno D. 1368. hiems precedens et instans preteriit sine omni frigore et glacie, et fuit suavis valde, et finis valde cara tempora, et tunc in vinea[d] . .

Congregati sunt Carolus imperator et multi alii, et precipue principes electores et alii multi per Alamaniam in Franckenfordt, statuentes ibi pacem communem, quam minime servabant[2]. Tunc concessa est decima decimarum, quam postulavit[e] imperator auctoritate apostolica a clero, et solute sunt diverse pecuniarum summe nomine procurationis imperatori de diversis Alamanie episcopatibus.

In mense Februario stabilita est pax generalis per partes Rheni predicta, que tamen quasi nichil valuit[3]. Et missus est legatus a Romana curia[f] ad colligendam decimam de clericis de universis suis beneficiis ecclesiasticis. Tunc fuit caristia magna: maldrum siliginis solvebat 3 lib. et 10 ß. hallen*sium* Moguntin*ensium* . .

*f. 105'. *Tunc accidit quoddam miserabile in Maguntina civitate. Mulier quedam vidua habens duos pueros noviter ablactatos, que cum esset depauperata mendicatum ivit in civitate; cum vero tota civitate peragrata[g] nullas elemosinas recepisset et in domum suam ad pueros rediisset, pueri sui pro alimentis

a) culpiebant *c.* b) extranee *c.* c) discretos *c.*, *corr. W.* d) *post* vinea *nulla lacuna. W. pro* finis *proposuit* fuerunt *et pro* vinea, *scil. oratione pergente,* Ianuario congregati sunt. e) postulaverit *c.* f) Roma cui *c.*, *corr. W.* g) pagrata *c.*

1) *Beldisheim seu Bellersheim in Hassia superiori.* WYSS. 2) *Conventus principum electorum Francofurti exeunte Ianuar*
Ulman Stromer 'Städtechr.' I, p. 26. *Böhmer-Huber, Reg.*
publica pro 4 *annis Francofurti a.* 1368, *F*
Reg. nr. 4593.

vagierunt; quibus cum nichil posset dare, flevit simul cum eis. Alia die cum eciam mendicatum ivisset et per totum diem nichil recepisset, reversa ad pueros; qui cum miserabiles voces emitterent pro cibo, tunc dixit: 'O filii, mori melius michi et vobis est, ut eo momento simul moriamur, quam cruciatu longo famis afficiamur. Quia vobis nichil dare habeo et vestram penuriam videre michi intollerabile sit, moriar simul vobiscum'. Et apprehensis ambobus pueris, quolibet sub uno brachio concluso, in aquis Rheni se cum pueris submersit, et ita vitam finierunt. Tandem . . extracti de fluviis, sepulti sunt simul. .

Item in mense Aprili visa est stella flammivoma, scilicet cometa, in parte septentrionali, habens multas lineas cum vapore igneo de se protendentes, et duravit[a] usque ad octa- April. 16.
vas pasche.

Eodem tempore Karolus Roman*orum* imperator collegit exercitum fortem nimis de Alamania et Bohemia in auxilio Urbani pape quinti et aliorum regum principum Alamanie et Ytalie, habens, ut veraciter dicebatur, cencies mille viros electos *bellatores et equites, et invasit terram Lumbardie *f. 106.
contra Vicecomites Mediolanenses, qui fortiter re*stiterunt*[b], habentes sub suis stipendiis triginta milia bellicorum forcium virorum. Tandem data pecunia imperator . . .[1].

Ista estas erat calida et optima in temperie aeris, sicut melius poterat convenire, et precedens hiems fuit tam suavis et bona, quod aliquod frigus non apparuit in ea et transivit sine nivibus, sicut eciam estas predicta sine grandine nocente.

Circa festum nativitatis Marie incepit aer distemperari Sept. 8.
cum pluviis et ventis, et duravit usque Michaelis, et acceleravit vindemia. Tunc mensura novi vini solvebat tres antiquos hallenses, et siligo solvebat libram et[c] 9 alb. 1 flor.[2]

Eo tempore imperator, recepta pecunia, recessit a terra 1369.
Lumbardie, transferens se Alamaniam[3].

Eo tempore orta est gravis sedicio inter clerum et cives Colo*nienses*, et recesserunt de civitate Coloniens*i* omnes pene clerici, precipue seculares, et per annum et amplius foris manebant[4].

a) durabit c b) *sic lacunam suppl. cum W.* c) *pro* et *siglum est quod rectius* 1/2 *significat:* libram dimidiam ?

1) *Karoli IV. expeditio bellica contra Vicecomites (Visconti) Mediolanenses ad auxilium papae Urbani V. a.* 1368, *m. Maio. Cf. Ulman Stromer l. c. p.* 31. 2) *Vitiosa scriptura esse videtur; cf. de moneta Moguntina 'Städtechron. Verfassungsgesch. von Mainz' XVIII,* 2, *p.* 91 *sq.* 3) *Karolus mense Augusto a.* 1369. *in Germaniam reversus est.* 4) *Contentio inter clerum et civitatem Coloniensem de vectigali ('Ungeld') et aliis rebus a.* 1369. *Cf. Chron. presulum p.* 232. *et Chron. Koelhoffii, 'Städtechron. XIV. Cöln', p. CIII. et* 698.

Anno 69. in autumpno vel circa captus est comes *Iohannis*[a] de Nassaw a domino de Westerburg[1], et ob hoc orte sunt magne discordie inter dominum Gerlacum archiepiscopum Moguntinum et Cunonem de Falckenstein archiepiscopum Treverensem vicariumque Coloniensem et comites de Nassaw, sed tamen publice insimul non litigabant, quamvis insimul dissiderent.

*f. 106'. *Item circa idem tempus captus est Walramus comes de Spanheim a[b] domino de Bolandia, et occisi sunt et captivati sunt multi de incolis Rinckgauwie, quos vicedominus domini Moguntini illuc in auxilium predicti comitis destinaverat[2]. Et prelium fuit circa Sprendlingen villam[3], ubi multi, circa 300 homines de Ringgauwia corruerunt in prelio.

In autumpno predicto copia vini crevit et pro modico estimabatur; hiems sequens satis dura cum glacie et nive et diu duravit.

Item anno 70. in principio veris visus est ignis magnus in nubibus scintillans, ardens in modum magni incendii. Post modicum tempus consumptum est igne fulguris oppidum Grunenberg situm in Alamania[4] cum omni suo edificio.

Circa hoc tempus in principio Maii fuit magna siccitas, semper tamen . . . et aquilone et intonantibus, ita quod omnes letanias agerent pro pluviis; sed statim postmodum multiplicate sunt pluvie super terram cum ventis continuis et tepida aura, ita quod annona preciosa fuit, videlicet maldrum pro 2 libris hellensium.

In diebus illis et ante et circa fuit magna dissensio inter dominum apostolicum et prefectum patrimonii.

Eo tempore mortuus est dominus de Westerborg[5].

*f. 107. Febr. 2. In hoc precedenti tempore, videlicet circa festum *purificationis Marie, fratres de domo Theutonicorum in bello occiderunt de . . paganis et aliis paganis eorum auxiliariis, qui terras dictorum fratrum, scilicet Pruciam[c], invaserant . . milia paganorum, de fratribus autem cruciferis 25 interierunt et

a) *nomen in lacuna posuit W.* b) de c. c) piruciam c.

1) *Iohannes de Nassowe-Dillenburg et Iohannes de Westerburg; cf. Chron. Limb. c.* 81. 2) *Cf. Narrationem de r. g. aepisc. Mog. (Böhmer, Fontes IV, p.* 365*)*: cui *(domino de Bol.)* processit in occursum dominus Ulricus de Cronberch vicedominus et capitaneus terre Ringaugie cum armatis ultra sex centum hominibus terre predicte *etc.* 3) *Sprendlingen in Hassia Rhenensi prope Kreuznach; cf.* 'Strit zu Sprendlingen' *in Chron. Limb. c.* 78. 4) *Grünberg prope Giessen? sed quid* in Alamania? 5) *Iohannes I. mortuus a.* 1370, *ut Lehmann, 'Gesch. u. Geneal. der Dynasten von Westerburg' p.* 77. *sine mense et die indicat.*

multi* de christianis militibus et equitibus, ut credebatur 200; sed dicti fratres gentiles de suis finibus manu valida expulerunt[1].

Eodem succedenti tempore Urbanus papa extorsit procurationem a clero Alamanie, quia in restauratione ecclesiarum et monasteriorum et in pio opere consumpsit thesaurum ecclesie.

Et postea eodem anno circa quadragesimam mortuus est Adolfus comes de Nassaw, frater archiepiscopi Moguntini[2]. *Feb. 27. — Apr. 7.*

In diebus circa festum pentecostes Cuno archiepiscopus Treverensis cepit multos barones, milites et vasallos de Westvalia et aliis circumvicinis partibus, circa 50, qui suam terram invaserant, de quibus magnum tesaurum et servicium ac fidelitatem acquisivit. *Iun. 2.*

Eo tempore mortuus est prepositus Treverensis, videlicet dominus Conradus Spiegelberg, consiliarius domini Cunonis Treverensis.

Circa hoc tempus exortus est perniciosus tumultus inter cives Colonienses: vulgus cepit multos de pocioribus civitatis, quosdam turribus mancipavit, alios sub pollicitatione fidei ambulare dimisit potestatesque[a] de civitate deposuit[3].

*In Augusto fautores domini de Bolandia invaserunt et depredarunt egregium opidum Laudenborg[4], quod nomine pignoris[b] tenuit Walramus comes de Spanheim, et multi homines occisi sunt. **f. 107'.*

In illo tempore pacificati sunt clerus et cives Colonienses, qui dudum habuerunt invicem dissensionem. Tunc fuerunt tempora valde dura de omnibus ad victum hominum pertinentibus: maldrum siliginis solvit 33 solidos hellensium, carrata vini deterioris[c] 16 lib. antiquorum hallensium.

Eoque tempore Urbanus papa reverti fecit curiam Romanam versus Avinionem civitatem.

In illo tempore circa nativitatem Marie frigus erat, ita ut pruina frequencius de nocte caderet super gramina et alia loca. *Sept. 8.*

*) *Post* multi *verba* de bello Theutonicorum cum paganis *male interposita sunt c., haud dubie ex adnotatione marginali, ut recte W. monuit.*

a) ptātesque *c.* b) pignus *c.* c) deterior *c., corr. W.*

1) *Proelium apud Rudau a.* 1370, *Febr.* 17, *ex quo magister ordinis Theuton., nomine de Kniprode, contra Kynstutte, regulum Littuaniae, victor discessit.* 2) *A.* 1370, *Ian.* 17. *secundum epitaphium, v. Menzel, 'Gesch. von Nassau' I (V), p.* 27. 3) *Reformatio senatus (a.* 1370, *Iul.* 2*) in seditione textorum 'Städtechron. Cöln' XII, p.* 237*; XIV, p. CV. et* 708. 4) *Ladenburg ad fl. Neckar.*

vitatis Maguntine et aliorum opidorum, quia predones
scurrebant totam terram, rapientes et incendentes[a] quicquid
venerunt, et incensa est villa Hexheim[1] contra Maguncïam 1371, Ian. 9.
inta feria post epiphanie Domini.

Sequitur de morte Urbani et dulce hyeme.

*In fine mensis Decembris mortuus est Urbanus papa *f. 108'.
uintus, beatus et sanctus homo[2]; in morte sua fecit Deus
r eum multa miracula circa infirmos et debiles.

Ista hyems preteriit sine rigore algorum, quia fuit valde
... et mitis, et ... semper subsolanus cum aura levissima:
... in fine F... et per totum Marcium fuit dulcissima 1371.
... ut ante inicium Aprilis quasi omnes
... edio autem Aprilis, videlicet in diebus
... de vespere orta fuit tempestas, toni- April. 6.
... subsolanum fugante; postea pluviosa
... glacies sunt secute, ita ut die domi-
... frigore cum pruinis videretur; unde April. 27.
... uges magnam passe sunt . . .[c]

... Urbano quinto, Gregorius XI. eligitur Ian. 5.
... Domini et in die circumcisionis Domini Ian. 1.
... nte dictus fuit Bellifortis et erat consan-
... pape quarti sui predecessoris[4], et si
... is sui predecessoris Urbani, sancti et iusti
... aret.

... llis raptores circumvagantes partes Rheni
... spoliarunt[d] et captivarunt, qui Avinionem
... gracia obtinenda a papa.

... ie mensis Februarii moritur Gerlacus archie-
... ntinus[5]. Qui cum esset calculosus, nullius
... medicinam, sed omnium expertus fuit *artem[e]; *f. 109.
... n phisicus Gallicus dedit sibi quoddam laxa-

... b) floruerant *c.* c) *G. W. suppl.* iacturam. d) spoliarentur *c.*
... fuit ante *vel* anti *c. Ioannis I, p.* 679. *quem secutus sum, corr.*
... *icatur* antidota.

... *im a meridionali parte Maguntiae.* 2) *Urbanus V. obiit*
Dec. 19. *vel* 20. *V. Vitas Urbani V. p.* 398. 413. 3) *Dies*
... *arii mutati sunt; secundum Vitas Gregorii XI. p.* 425. 451.
... *a.* 1370, *Dec.* 30, *coronatio a.* 1371, *Ian.* 5. *in palatio Avi-*
... 4) *Vitae l. c.:* Gregorius ex patre Guillelmo comite Belli-
... *(Beaufort)* . . . diaconus cardinalis factus per Clementem papam
...n, cuius erat nepos ex fratre. 5) *Epitaphium in monasterio*
...erbacensi, ubi archiepiscopus Gerlacus sepultus est, et duo lapides
vesica exserti in scriniolo custodiebantur. Ioannis I, p. 680.

tivum tam forte, ut eciam lubricitas viscerum recederet ab eo, et sic circa aliquot[a] dies exanimis[b] iacebat donec moriebatur. Et idem phisicus in Mogano[c] fuit prefocatus. Hic Gerlacus fuit filius comitis Gerlaci de Nassaw, et erat mitis et benignus, tanteque fuit clemencie, ut a suis consiliariis regeretur sicut puer a suo rectore.

In diebus illis erat quidam decanus Maguntinus de natione Bavarorum Bopardiensium [1]. Hic, assumptis[d] sibi quibusdam de minori parte capituli Magun*tini*, fecit perniciosam discordiam eligendo quendam Adolffum, filium Adolffi, fratris Gerlaci archiepiscopi predefuncti de Nassaw, puerum videlicet octodecennem, non tam moribus, obedientia tamen[e] imbutum; promissis et muneribus, ut dicitur, predicti electores subornati; maior autem et sanior pars canonicorum elegerunt seu postularunt Cunonem de Falckenstein archiepiscopum Treveren*sem*. Ex qua dissensione magna pericula et incommoda in episcopatu sunt exorta. Predones enim circumquaque sedentes erecti sunt et nemini pepercerunt, nec fuit aliqua differencia hostium seu amicorum: unusquisque qui prevaluit alium spoliabat et fugabat. Tunc ve omnibus rurensibus circumquaque habitantibus, quia tam religiosi quam seculares indifferenter predabantur, eciam moniales et monachi quorumcumque ordinum! Tunc concremata est villa Flerßheim per latrunculos Ryffenberg, et Eschbach[2] et multe alie ville. Tunc confortati sunt filii iniquitatis, predones, raptores, qui milites et armigeri olim dicebantur, cuiusmodi nomina omnino portare iam non sunt
*f. 109'. digni, et tam malus status *ortus est in terra, sicut ulla hominum etas poterat meminisse.

Eodem tempore Cuno archiepiscopus Treveren*sis* cum auxilio civitatum Coloni*ensis*[f], Aquen*sis* et aliarum circumiacentium obsedit territorium comitis de Widde[3] et baronum Ysenburgen*sium*; terras, castra, opida, villas eorundem potenti manu devastavit propter predam, quam predictus comes cum auxilio Ysenburgen*sium* contra multos mercatores et civitatum Rhenensium incolas in ducatu sive conductu dicti archiepiscopi transeuntes fecerat et exercuerat, que quidem preda ad[g] 150 milia florenorum se extendebat. Tandem predicti raptores ad gratiam dicti archiepiscopi se et sua contulerunt, et sic,

a) aliquod *c.* b) exanimus *c.* c) *ita corr. manus A vel B ex* Magno. d) *eadem manus corr. pro* assumpsit *c.* e) *pro* tam, tamen *bis in cod.* tñ *vel* tñ; *Ioannis I, p.* 680. *corr.* nondum, tamen. f) in Coloñ *c.* g) a *c., corr. W.*

1) *Henricus Beyer de Boppard. V. Catal. decanorum ap. Ioannem II, p.* 302.
2) *Latrunculi erant milites de castro Reifenberg apud montem Feldberg sito; Floersheim ad Moenum ab orientali parte Maguntiae; Eschbach prope Usingen in Nassovia.* 3) *Comes de Wied.*

datis obsidibus de restituendis ablatis, fuerunt invicem pacificati. 1371.

In diebus illis incole Erfordenses, Northusenses, Mulhusenses, comites de Swartzberg, Hoenstein[1] et alii circumsedentes obsederunt castrum Hantstein[2] manu valida, volentes predones dicti castri extirpare. Cum essent autem in obsidione neminem metuentes, irruit super eos ex inproviso dux Otto de Brunswig cum equitibus quingentis lanceatis et quatuor milibus rusticis armatis; alios captivavit, alios interfecit, alios vulnerando fugavit, quia non erant premuniti nec armati, neque dictum ducem formidabant, quia non erat hostis eorum; quia, ut dicitur, statim ut literam diffidationis eis misit, et iam a primo legeretur, repente oppressit eos ex inproviso proditorie[3]. Hoc fecit, quia modica erat in eo veritas vel iusticia, et sic iniuste turbavit eos.

*Postea in mense Maio papa ex intercessione et voluntate imperatoris ordinavit Iohannem episcopum Argentin*ensem* in archiepiscopum Maguntin*um*, in cuius locum subrogavit episcopum Spiren*sem*, in locum eiusdem[a] Adolffum de Nassaw electum a minori parte capituli Magun*tini*, ut predicitur, subrogando[4]. *y. 110.

Avinione fuit magna pestilencia, in qua plus quam sexcenti scolares et clerici pro gratia ibidem commorantes de Alamani*a* interierunt. Et ista gratia fuit omnibus pauperibus quasi inutilis, quia, quicunque habuit et dare voluit, gratiam qualemcumque voluit secundum eciam donorum qualitatem impetravit.

Predictus Iohannes archiepiscopus, de Sympole[5], natione[b] Gallicus, nomine Iohannes, puer moribus, statura procerus, regimini inhabilis, nullius momenti fuit. Tunc erecti sunt omnes predones et castrorum habitatores; rapientes et incen-

a) in cuius locum eiusdem *c.; cuius cum W. delevi.* b) natione de . . Gallicus *c.; manus B correxit ut supra.*

1) *Comitatus Hohenstein Eichsfeldiae prope Nordhausen, et castrum H. a septentrione prope Neustadt.* 2) *Hanstein, castrum prope Heiligenstadt, feudum Moguntinum erat in vicecomitatu Rusteberg; Gudenus, Cod. I,* 892. *III,* 208. 3) *Cf. Chron. Limb. c.* 85. 4) *Iohannes de Luxemburg antea erat episcopus Argentinensis* 1366—1371. *Lambertus de Burn, primum episcopus Spirensis, ei successit Argentinae ('Städtechron.' IX, p.* 1059*), et huic Spirae Adolfus de Nassowe.* 5) *Comes de St. Pol. Cf. Chron. Limb. c.* 89: Unde Johan erzeb. zu Menze, der was bruder des vurgenanten greben von Simpaule, wi wol doch daz he ein Wal was, *et epitaphium apud Ioannem I, p.* 683: A. 1372. pridie nonas Aprilis Ioannes de Lutzelburg, Sancti Pauli comes, Argentinensis ep. primum, deinde Mog. archiep. *Ceterum similiter naturae et indolis hominis lineamenta adumbrat Koenigshofen p.* 675.

dentes, nulli pepercerunt tunc de omnibus extra municiones morantibus. Latrunculi de Ryffenberg terram ecclesie Mog*untine* devastabant nullo prohibente[a].

Eo tempore magna terrarum dissensio vertebatur inter imperatorem et regem Ungarie pro regno Polonie, quod[b] propter obitum regis Cracoviensis defuncti nuper vacare videbatur[1]. Hoc regnum postea Schirial scismaticus rex
1394, Dec. 25. Liteanorum est adeptus; migravit anno 94[c]. nativitatis Christi[2].

In illo tempore duo monachi ordinis sancti Benedicti et monasterii Sancti Albani vulneraverunt in civitate Maguntina quendam militem nomine Petrum de Geißpißheim, qui predictum monasterium rapinis, incendiis et captivitatibus multimode molestabat. Iidem vero monachi ex post . . ad ecclesiam Maguntin*am* confugerunt. Unde cives Moguntinen*ses* indignati, dicentes quod dictus miles in eorum conductu
*f. 110'. et pace civitatem Mog*unciam* esset *ingressus, et convocato communi concilio, miserunt magistros civium cum ingenti strepitu ad dictam ecclesiam; qui disrumpentes cum violentia seras ipsius ecclesie, monachos extraxerunt, captivos per civitatem ducendo ipsos turri dicta Muleport[3] manciparunt; et sic ecclesiam ipsam temere violarunt, dicte ecclesie antiquam libertatem et prerogativam specialem minime attendentes. Et quia non erat rector, unusquisque quod sibi bonum videbatur faciebat. Vacabat sedes Mog*untina*[4].

Eo tempore papa Gregorius ordinavit 12 cardinales[5].

Eo tempore in Hassia opido Fritzlar et in Westvalia erat magna pestilentia epidimiarum, in Argentina pestilentia dissenteriarum.

Eo tempore imperator Karolus expeditionem magnam fecit in marcam Brandenburg*ensem* et regnum Polonie: tandem . . omnibus inde recessit, vendicans sibi et suis heredibus predictam marchiam, marchioni recompensam de quadam alia terra faciendo[6].

a) tunc de omnibus — prohibente *minore scriptura add. c.* b) $\overline{\text{q}}$p *c.* c) LXXXXIX. *ex errore librarii pro* LXXXXIV. *c.*

1) *Casimirus Magnus rex Poloniae obiit a.* 1370, *Nov.* 5, *cui successit filius sororis, Ludovicus Magnus rex Ungariae.* 2) *Schirial est Skirgiello, princeps Littuaniae, frater Wladislai Jagellonis regis Poloniae, mortuus a.* 1394, *die nativitatis Christi. Caro, 'Gesch. Polens' III,* 188. 3) *'Mühlenpforte', quae ad molendina Rheni ducebat. Schaab, 'Gesch. der Stadt Mainz' I, p.* 196. 4) *Propter imbecillitatem archiep. Iohannis.* 5) *Cf. Vitam Gregorii XI, p.* 427, *ubi* 12 *cardinalium nomina tradita sunt.* 6) *Bellum Karoli IV. contra Ottonem marchionem Brandenburgensem, cui Ludovicus rex Ungariae coniunctus erat, gerebatur mensibus Iulii et Augusti a.* 1371; *cf. Böhmer-Huber, p.* 413. *Marchia Bohemiae*

Tunc fuit estas siccissima et calida transiens sine tonitruo et fulgure nocente.

Eo tempore cives Luneburgen*ses* ceperunt de latrunculis militibus magnum exercitum. . . . qui eorum opidum irruerunt, quos pro maiori parte decapitabant[1].

In Augusto factum est bellum inter duces Brabancie[a] et Gulche, et dux Brabancie succubuit et captivatus est, et multi comites domini provinciarum et barones cum eo; et occisi sunt de militibus et armigeris circa mille trecenti[b]; et fuerunt de exercitu utriusque partis decies mille viri ad arma nati[c]. In hoc bello obiit dux Gelrie[2].

*Et circa hoc tempus facta est clades in Colonia lanificum per cives antiquiores Colonien*ses*, quia lanifices volebant omnibus dominari, etiam iurisdictionem deprimere[3]. *f. 111.

Eodem tempore crevit vinum dulce et modicum valde et preciosum. Carrata communis . .[d] solvebat 30 libras hell*ensium*.

In illis diebus obiit Iohannes comes de Nassaw, frater Gerlaci archiepiscopi premortui.

Circa festum Andree venit legatus Alamaniam a curia Romana, videlicet patriarcha Allexandrinus, fungens legatione ad imperatorem et regem Hungarie et alia. Hic multam habuit potestatem a papa ad colligendam pecuniam; hic relaxavit interdictum, quod hucusque servabatur in Mogun*tia* propter violationem ecclesie Mogun*tine* per cives factam, ut est prescriptum. *Nov. 30.*

Anno 72. hyems fuit asperrima cum multis nivibus, durans pene usque festum Gregorii. *Mart. 12.*

Circa finem Februarii mensis[e] incole Rinckaw cum capitaneo eorum dicto Ditzla diluculo irruerunt castrum Delkilicheim[4] expugnantes, diripientes quicquid ibi invenerunt, et idem[f] funditus concremantes, Wildericum eius dominum ibi

a) Brobancie *bis c., hac et sequenti linea.* b) trecentos *c.* c) *sic. corr. W. pro* ad armanici *c.* d) *W. suppl.* crementi. e) mensem *c.* f) eandem *c., emend. Bodmann c. p.* 809.

regno concessa est Fürstenwaldae a. 1373, *Aug.* 18; *cf. l. l. Reg. nr.* 5222—24. 1) *Incursio militum ducis Magni die* 21. *Oct.* 1371. *in urbem Luneburg per cives propulsata et vindicata est.* 2) *Proelium ad Baesweiler die* 22. *Aug.* 1371. *Koelhoff Chr. ('Städtechron. Cöln' XIV), p.* 702. *Eduardus dux Geldriae, qui cum Guilelmo Iuliacensi victoriam de Wenzeslao duce Brabanciae reportavit a quodam curialium suorum vindictae causa occisus est, ib. p.* 703. *Idem breviter refert Chron. Lubicense, 'Städtechron. Lübeck' XIX, p.* 545. *De aliis auctoribus cf. Böhmer-Huber, p.* 588. 3) *Clades textorum Coloniae die* 20. *Nov.* 1371. *'Städte-Chr. Cöln' XII, p.* 239. *et Chron. Limb. c.* 90. 4) *Delkenheim prope Castel.*

repertum secum captivum ducentes, propter predas quas[a] fecit et tenuit raptores.

Circa idem tempus Emcho comes Lyningen, civitates Maguncia, Wormatia et Spira[b] fecerunt invicem pacem communem, conducentes centum[c] octoginta viros lanceatos et galeatos, qui[d] . . debent eum defensare.

*f. 111'. *Circa idem tempus Rhenus inundaverat maxime ex nivibus liquefactis, quia antea in multis annis non est visa tanta nix sicut in isto hyeme.

April. 23. Circa festum Georgii, cum antea fuisset gelidissima aura, ita ut omnes timerent de pernicie vinearum, arborum et frugum, tunc incepit aura mutari, et cepit aura suavissima et calidissima, ita ut vinee et arbores et omnia sementa cum impetu pollularent et florerent absque spe[e] vivencium, et botri multiplicati sunt in vineis; siligo tamen tenuissima propter durum hyemem.

Mai. 16. Deinde circa festum pentecostes imperator Karolus fuit Maguncie et electores imperii[1]. Tunc suscepit archiepiscopus Coloniensis[2] ducatum Westvalie tanquam feudum ab imperatore, presentibus multis principibus dominis terrarum et comitibus.

Jun. 10. Eodem tempore Iohannes archiepiscopus Moguntinus quadam feria quinta intravit civitatem Moguntinam, et honestissime susceptus a civibus . . Tunc obvium habuit imperatorem et multos principes.

Eodem die quando fuit susceptus, de vespere ortus est multus tumultus in civitate contra Bohemos, quia quibusdam garcionibus Alamannis et Bohemis in ludo tesserarum[f] rixantibus ortus est clamor, quod Bohemi fecissent insidias civitati[g], quamvis non esset in re. Tunc concurrerunt[h] ad arma omnes mechanici vinolenti potati iussu magistrorum civium, et quidam *f. 112. *ex eis irruperunt[i] curiam dictam Dirgarten[3], videlicet emunitatem archiepiscopi, ubi Bohemi conversabantur in servitio imperatricis, que illa hora extra civitatem in quodam orto spaciabatur, et illi nequam cum fustibus et securibus effre-

a) quam c. b) Magunciam, Wormatiam et Spiram c. c) centos c. d) qui huius pater debent eum c. W. emend. qui huiusmodi pacem deberent. G. W. proponit: qui huius provincie debent pacem. e) specie c.; W. emend. spe tunc. f) ita ingeniose emend. W. pro in . . casserum c. g) civitate c. h) concurrerant c. i) irrumperint c.

1) Reg. Karoli IV. nr. 5043—5076, inde a 24. Maii [...] 8. Iunii. 2) Archiep. Fridericus III. de Saarwerden. 3) [...] episcopalis prope cathedralem. 'Städte-Chron. Mainz [...]

gerunt ianuas et portas emunitatis predicte, interficientes a[a] . . Bohemos quos poterant invenire, et etiam cameram sive cubile imperatricis violenter destructis portis intraverunt, et quos poterant ibi invenire tunc in lecto et subtus lectum imperatricis occiderunt de Bohemis, rapientes etiam quedam de clenodiis imperatricis. Unde imperator et imperatrix multum indignati sunt, altera die summo mane recesserunt. Etiam omnes honesti cives ex illo facto multum dolebant[b], et postea multos de illis occisoribus captivarunt, et tres in curia ante dictam emunitatem decapitarunt, aliis dimissis[1].

Eo tempore imperator pacificavit duces Brabancie et *Gulich*[c], ita ut dux Brabancie de vinculis et captivitate ducis Gulich liberaretur[d, 2]. Et tunc Colonie fuit susceptus Fridericus, filius comitis de Sarwerde, archiepiscopus Coloniens*is*[3]. Tunc etiam obiit Albertus episcopus Herbipolens*is*[4].

Et factus[e] est terremotus magnus in Basilea, ita quod pars templi maioris et aliarum ecclesiarum caderet, et multa edificia destructa fuerunt.

Postea obtinuit episcopatum Herbipolens*em* quidam de comitibus Swartzburg, qui ante fuit episcopus . .[5]

Circa idem tempus vel paulo ante Tartari pagani invaserunt regnum Polonie; opidum pulchrum Lademar in Russia situm[f] expugnaverunt, occidentes et secum ducentes homines ibi inventos[6].

Circa idem tempus misit papa Gregorius legatum versus . .[g], videlicet Heliam de Drodomo cantorem *Xanctens*em* ad *f. 112'.
exigendam decimam a clericis, et non obtinuit. Et iste legatus habuit potestatem conferendi beneficia vacantia iuxta statuta Lateranens*is* concilii et multo ampliorem; et fuit a clero appellatum.

In mense Iulio reconciliabat[h] imperator omnes . . . .

Circa idem tempus facta est conspiratio multorum baronum nobilium et militum contra langravium Hassie, quorum capita-

a) a parte *suppl. Schaab in his verbis exscriptis I, p.* 380, *non ita Iohannis I, p.* 698. b) dolebant *c.* c) Gulich *in lacuna posui.* d) liberetur *c.* e) facta *c.* f) secum *c.* g) aliam *c.* h) reconciliabatur *c.*

1) *Cf. de hac re Böhmer-Huber, Reg. p.* 421, *ubi locus ex Benessio laudatur.* 2) *Böhmer-Huber p.* 422. *et nr.* 5088. 3) *Introitus archiep. Friderici III. die Iunii* 21; *cf. Annales Colon. 'Städtechron. Cöln' XIII, p.* 40. 4) *Albertus comes de Hohenlohe episc. Herbipolensis obiit a.* 1372, *Iun.* 27. 5) *Gerhardus comes de Schwarzburg, antea episcopus Naumburgensis.* 6) *Castrum Wladimir a Lituanis expugnatum et dirutum est. Caro, 'Gesch. v. Polen' II, p.* 375.

repertum secum captivum ducentes, propter predas quas[a] fecit et tenuit raptores.

Circa idem tempus Emcho comes Lyningen, civitates Maguncia, Wormatia et Spira[b] fecerunt invicem pacem communem, conducentes centum[c] octoginta viros lanceatos et galeatos, qui[d] . . debent eum defensare.

*f. 111'. *Circa idem tempus Rhenus inundaverat maxime ex nivibus liquefactis, quia antea in multis annis non est visa tanta nix sicut in isto hyeme.

April. 23. Circa festum Georgii, cum antea fuisset gelidissima aura, ita ut omnes timerent de pernicie vinearum, arborum et frugum, tunc incepit aura mutari, et cepit aura suavissima et calidissima, ita ut vinee et arbores et omnia sementa cum impetu pollularent et florerent absque spe[e] vivencium, et botri multiplicati sunt in vineis; siligo tamen tenuissima propter durum hyemem.

Mai. 16. Deinde circa festum pentecostes imperator Karolus fuit Maguncie et electores imperii[1]. Tunc suscepit archiepiscopus Coloniensis[2] ducatum Westvalie tanquam feudum ab imperatore, presentibus multis principibus dominis terrarum et comitibus.

Iun. 10. Eodem tempore Iohannes archiepiscopus Moguntinus quadam feria quinta intravit civitatem Moguntinam, et honestissime susceptus a civibus . . Tunc obvium habuit imperatorem et multos principes.

Eodem die quando fuit susceptus, de vespere ortus est multus tumultus in civitate contra Bohemos, quia quibusdam garcionibus Alamannis et Bohemis in ludo tesserarum[f] rixantibus ortus est clamor, quod Bohemi fecissent insidias civitati[g], quamvis non esset in re. Tunc concurrerunt[h] ad arma omnes mechanici vinolenti potati iussu magistrorum civium, et quidam *f. 112. *ex eis irruperunt[i] curiam dictam Dirgarten[3], videlicet emunitatem archiepiscopi, ubi Bohemi conversabantur in servitio imperatricis, que illa hora extra civitatem in quodam orto spaciabatur, et illi nequam cum fustibus et securibus effre-

a) quam *c.* b) Magunciam, Wormatiam et Spiram *c.* c) centos *c.* d) qui huius pater debent eum *c. W. emend.* qui huiusmodi pacem deberent. *G. W. proponit:* qui huius provincie debent pacem. e) specie *c.; W. emend.* spe tunc. f) *ita ingeniose emend. W. pro* in . . casserum *c.* g) civitate *c.* h) concurrerant *c.* i) irrumperint *c.*

1) *Reg. Karoli IV. nr.* 5043—5076. *inde a* 24. *Maii usque ad* 8. *Iunii.* 2) *Archiep. Fridericus III. de Saarwerden.* 3) '*Thiergarten*' *curia episcopalis prope cathedralem.* '*Städte-Chron. Mainz*' *XVII, p.* 350.

gerunt ianuas et portas emunitatis predicte, interficientes a[a] . . Bohemos quos poterant invenire, et etiam cameram sive cubile imperatricis violenter destructis portis intraverunt, et quos poterant ibi invenire tunc in lecto et subtus lectum imperatricis occiderunt de Bohemis, rapientes etiam quedam de clenodiis imperatricis. Unde imperator et imperatrix multum indignati sunt, altera die summo mane recesserunt. Etiam omnes honesti cives ex illo facto multum dolebant[b], et postea multos de illis occisoribus captivarunt, et tres in curia ante dictam emunitatem decapitarunt, aliis dimissis.[1].

Eo tempore imperator pacificavit duces Brabancie et *Gulich*[c], ita ut dux Brabancie de vinculis et captivitate ducis Gulich liberaretur[d. 2]. Et tunc Colonie fuit susceptus Fridericus, filius comitis de Sarwerde, archiepiscopus Coloniens*is*[3]. Tunc etiam obiit Albertus episcopus Herbipolens*is*[4].

Et factus[e] est terremotus magnus in Basilea, ita quod pars templi maioris et aliarum ecclesiarum caderet, et multa edificia destructa fuerunt.

Postea obtinuit episcopatum Herbipolen*sem* quidam de comitibus Swartzburg, qui ante fuit episcopus . .[5]

Circa idem tempus vel paulo ante Tartari pagani invaserunt regnum Polonie; opidum pulchrum Lademar in Russia situm[f] expugnaverunt, occidentes et secum ducentes homines ibi inventos[6].

Circa idem tempus misit papa Gregorius legatum versus . .[g], videlicet Heliam de Drodomo cantorem *Xancten*sem* ad *f. 112'.
exigendam decimam a clericis, et non obtinuit. Et iste legatus habuit potestatem conferendi beneficia vacantia iuxta statuta Lateran*ensis* concilii et multo ampliorem; et fuit a clero appellatum.

In mense Iulio reconciliabat[h] imperator omnes . . . .

Circa idem tempus facta est conspiratio multorum baronum nobilium et militum contra langravium Hassie, quorum capita-

a) a parte *suppl. Schaab in his verbis exscriptis I, p.* 330, *non ita Iohannis I, p.* 682. b) dolebunt *c.* c) Gulich *in lacuna posui.* d) libaretur *c.* e) facta *c.* f) secum *c.* g) gilam̄ *c.* h) reconciliabatur *c.*

1) *Cf. de hac re Böhmer-Huber, Reg. p.* 421, *ubi locus ex Benessio laudatur.* 2) *Böhmer-Huber p.* 422. *et nr.* 5088. 3) *Introitus archiep. Friderici III. die Iunii* 21; *cf. Annales Colon. 'Städtechron. Cöln' XIII, p.* 40. 4) *Albertus comes de Hohenlohe episc. Herbipolensis obiit a.* 1372, *Iun.* 27. 5) *Gerhardus comes de Schwarzburg, antea episcopus Naumburgensis.* 6) *Castrum Wladimir a Littuanis expugnatum et dirutum est* [illegible], *'Gesch. v. Polen' II, p.* 375.

neus fuit Otto dux Brunswicen*sis*, filiaster lantgravii[1]. Qui intraverunt cum potenti[a] manu terram Hassie, incendentes et rapientes quicquid invenerunt. Ipse autem lantgravius cum marggravio Misnen*si* ipsis viriliter resistebat, et inde pauperes rurenses male torquebantur. In illa sedicione captus est Heinricus Spiegel · episcopus Padebornen*sis*[2] per amicos lantgravii; qui tandem se redemit pretio et servicio.

In autumpno proxime sequenti crevit tanta copia vini, quod vix homines poterant habere vasa; et omnia celleraria impleta sunt, que prius erant penitus evacuata. Tunc tempora tam bona inceperunt fieri, quod plaustrum vini solvebat 8 libras, maldrum siliginis 9 solidos hallen*ses*, et tempus precedens durum nullum reliquit post se vestigium.

Anno 73. Adolfus episcopus Spiren*sis*, eodem tempore mortuo archiepiscopo Maguntino Iohanne, in administratorem
*f. 113. ecclesie *Maguntin*ensis* et archiepiscopum communiter a capitulo postulatus recipitur, qui prius fuerat electus, ut prescriptum est.

Item tunc Gregorius papa diu distulit confirmationem predicti archiepiscopi imperatore impediente[b] et scribente pro episcopo Bambergen*si*, qui fuit natione marchio Misnen*sis*[3].

Eo tempore papa Gregorius agebat bellum cottidie[c] contra dominos Barlabonem et Galiacium dominos Mediolanenses, habens 4000 lanciatos sub suis stipendiis, quibus omni mense distribuit pro stipendiis 90[d] milia florenorum[4]. Ad illud bellum papa quesivit pecuniam de toto mundo christiano, et non sufficiebat sibi; neque quicquam utile egit contra predictos barbaros; quamvis omnes pauperes et divites clericos . . . et omnia beneficia reservaret pro extorsione pecuniarum, minime *secundum*[e] euangelium dictum: *Esto*
Matth. 5, 25. *consenciens adversario*[f] etc. *et nolite pugnare* etc. et quod
Ioann. dictum fuit beato Petro: *Mitte gladium in vaginam.* Martinus
18, 11. dixit: 'Christi miles sum: mihi pugnare non licet'.

a) potencia, *c., em. W.* b) *ita corr. cum W. pro* imperatoris impedimento *c.* c) coclidi *c., sicut et infra f.* 117. d) *pro* X^{C} *c. legendum est* XC; *cf. Gazatae Chron. Regiense ad a.* 1373 *(Muratori SS. XVIII) p.* 80: invenitque *(Galeatius)* cum habentem centum millia ducatorum — pro pagis mille lancearum pro quinque mensibus. e) *praepositionem in lacuna posui.* f) adver *c., cum W. suppl. ex euang. Matthaei* 5, 25.

1) *Otto cognominatus 'der Quade', nepos landgravii Heinrici Ferrei, nomine matris postulavit Hassiam et foedere cum societate equestri Stellae sive Stelligerorum ('Sterner') inito, bellum contra seniorem landgravium et eius successorem designatum Hermannum suscepit. V. diligentem descriptionem huius belli apud M. Landau, 'Die Rittergesellschaften in Hessen', et Lindner, 'Gesch. des D. Reichs unter K. Wenzel',* I, *p.* 420. 2) *Heinricus III. de Spiegel episc. a.* 1361—1380. *socius erat Stellatorum. Landau l. l. p.* 52. 3) *Ludovicus marchio Misnensis inde ab a.* 1366. *episc. Bambergensis.* 4) *Cf. Vitam Gregorii XI. p.* 430.

Anno 73. circa idem tempus imperator Karolus ampliando regnum Bohemorum intravit cum magno exercitu marchiam de Brandenburg et possedit opidum Franckeforte cum potencia: marchio non valuit sibi resistere. Tandem pacati, obtinuit imperator totam marchiam, faciendo marchioni[a] recompensationem, et addidit regno Bohemie[1].

Circa ipsum festum Trinitatis venit quidam cardinalis de Anglia Magunci*am* et transivit partes Coloniens*es*; *ipse missus erat pro concordia facienda inter reges Angliam. *Iun. 12.* **f. 113'.*

Tunc multe pestilencie facte sunt in diversis partibus Rheni et aliarum partium Alamani*e*. In Maguncia mortui sunt tria milia hominum, et erant vina et fruges optimi fori, sicut ulla hominum meminit etas.

Tunc eodem anno rex Anglie invasit Franciam potenti manu et multa mala ibidem exercuit[2].

Episcopus Numburgen*sis*, qui antea fuit decanus Bambergen*sis*[3] . . .

Tunc fuerunt circa Rhenum et in Franckonia magne gwerre inter comites de Catzenelnbogen et Rupertum, filium quondam Gerlaci de Nassaw[4].

Item inter duces Geldrie et Iuliacen*sem*.

Item inter langgravium Hassie et Stelligeros, ita quod rurenses incendebantur et fugabantur, omnibus suis bonis ablatis, et mercatores ubique spoliabantur.

Item eo tempore rex Cipri, occiso fratre suo, . .[5] cum auxilio soldani Sarraceni dimicabat contra Ianuenses propter quoddam homicidium mercatorum in Cipro factum.

Eo tempore Eberhardus dominus in Eppenstein assumpsit sibi latrunculos diversos, vadavit Moganum, detinuit ibidem omnes naves de Magun*cia* Franckefordt *transeuntes, et ibidem captitavit multos mercatores et eorum substancias abstulit et magnum thesaurum de eis conquisivit. Et quidam erant de partibus inferioribus de Aquisgrana, quidam de Spira, quidam de Erfordia et de diversis locis negociatores. Nec erat qui sibi aut aliis predonibus contradiceret, quia non fuit rex neque imperator, qui malis contradiceret vel ea prohiberet. **f. 114.*

Item in Decembri pacificati sunt lantgravius Hassie, dux Saxonie, comes de Zigenhain et omnes de societate Stellarum[6].

a) marchionem c.

1) *Vide supra p.* 28, *n.* 6. 2) *Non ipse rex Angliae Eduardus III, sed filius eius, dux Lancastriae, hoc anno Franciam cum exercitu invasit.* 3) *Witticho III. episc. Naumburgensis a.* 1372—1381. 4) *Rupertus auxiliator fuit landgravii Hassiae Heinrici contra Stelligeros, quorum consocii comites de Catzenelnbogen erant.* 5) *Petro I. a.* 1369. *coniuratione facta interempto, Iohannes eius frater regnum nomine Petri II. nondum adulti suscepit. Cetera v. ap. Reinhard, 'Gesch. des K. Cypern' p.* 262 *sq.* 6) *Demum a.* 1374. *societas Stellarum*

Notandum quod anno 74. circa epiphaniam Domini et
Ian. 6. ante festum epiphanie oritur magnus et austerus ventus mixtus pluviis, qui venit a septentrione, deiciens tegmina et quedam debilia edificia. Sopito tali vento, venit diluvium aquarum valde magnum, quale visum non fuit ab anno 44.[a], quando fuit simile, sed maius diluvium et inundacio aquarum quam predictum secundum hos versus:

1344. M post c triplum xl et ii duplicatum
Diluvium vehemens fit, mala multa ferens,
Iul. 21. Praxedis[b] festo; cuius facti memor esto[1]!

Predictum diluvium fuit ipso die epiphanie Domini, et circa idem tempus et omnis terra erat aquis occupata preter montana; in Maguncia replevit aqua omnia celleraria et domus in planis sitas[c]; et scola sancte Marie ad Gradus[2] et omnia celleraria ibidem erant aquis Rheni copiose referta, et fluxit aqua usque ad . .[d] gradum eiusdem ecclesie.

**f.* 114'. *Circa illud tempus erat tanta copia vinorum et frumentorum, quod pro nichilo reputabatur, et contigit eo tempore quod infra scribitur: quidam vasorum ligator de opido Pinguens*i* emit tria plaustra vini pro novem libris hallens*ium* et 2 ß in publico foro, et reduxit domum, et vina extraxit de vasis, et replevit dolia que habebat et vasa reformavit, et quodlibet vas pro tribus libris vendidit; et sic vinum gratis quasi habebat, quamlibet carratam pro sex hell. reservabat[3].

[Nota anno 1426. solvit unum vas 4 libras; vinum fuit bonum, mensura pro 2 hallens*ibus*, blada eciam in copia.][4]

a) xxxiii *c.; corr. cum G. W. secundum versus sequentes.* b) Proximo *c., em. secundum f.* 147' *(vide infra), ubi idem versus repetiti sunt.* c) sita *c.* d) idem *c.; numerum legendum esse, recte monuit W.*

dissoluta est. Otto dux Brunswic. non prius quam ineunte Iulio a. 1375. *pacem cum landgraviis fecit, sed eius affinis et socius Gotfridus de Zigenhain bellum continuabat. V. Landau l. c. p.* 63 *sq.* 1) *Hi versus spectant ad magnum diluvium a.* 1344, *quod Chron. Limb. c.* 9. *commemorat, diem* 25. *m. Iulii indicans. Wyss e verbis antecedentibus* quale visum non fuit ab anno 33, *pro* anno *emendans* annis, *conclusit, haec a.* 1377 (1344 + 33) *scripta fuisse, sed error librarii haud dubie numero ordinali* 33 *irrepsit.* 2) *Ecclesia 'Liebfrauenkirche' prope cathedralem versus Rhenum.* 3) *Si tria plaustra vini* 9 *libris hall. et* 2 *solidis constabant et ligator, qui ea emit, pro meris doliis* 9 *libras accepit, vinum per se ipsum non magis quam* 2 *sol. constabat, et si singulas carratas pretio* 6 *hall. ille tenebat, solidus iam tunc temporis Moguntiae non pro* 12, *sed* 9 *hall. (*18 = 2 *sol.) computabatur. Cf. 'Städtechron. Mainz' XVII, p.* 146. *et de monetarum ratione XVIII,* 2, *p.* 93. 4) *Verba uncis inclusa, quibus pretium vini a.* 1426. *comparationis causa indicatur, haud dubie a continuatore chronici inserta sunt.*

Retulerunt quidam viatores veraces, quod in quibusdam partibus circa Elsaçiam[a] et Suetiam erupit . . . inundacio aquarum, quod quasdam villas penitus delevit, et in partibus inferioribus circa Hollandiam Selandiam mare intumuit et fines suos transgressum[b] multa terrarum spacia occupavit[1].

Recedente et diminuto diluvio, instetit[c] durum frigus circa festum Prisce virginis; postea circa festum conversionis Pauli *Ian. 18.* iterum aque intumuerunt, et crevit Rhenus circa pristinum *Ian. 25.* diluvium usque ad unum palmum, quapropter precium annone et vini cepit ascendere, siligo pro 14 sol., plaustrum vini . . pro 14 flor. emebatur.

Item circa dominicam Esto-michi tam horribilis inundancia *Febr. 12.* aquarum effluxit, quod priores inundaciones validissime transcendebat, eciam quod non fuit simile diluvium per quemquam *tunc viventem visum; unde multa incommoda contingebant, **f. 115.* vineas, fruges et edificia horribiliter devastans et multos homines et pecora domestica et silvestres suffocans.

Postea cum papa Gregorius recepisset 22 milia flor., quos Adolfus episcopus, de quo prius dictum est, sibi nomine decime a clero diocesis Mog*untine* et a se ipso procuraverat et misit, et cum iam predictus Adolfus firmiter putaret, se confirmari per papam: idem papa deludendo ipsum, quamvis antea semper sibi bonum finem spospondisset, ipso[d] amoto, providit Ludovico Bambergensi episcopo de sede Moguntin*a*. Et quales inde insolencie, pericula, mala et incommoda in Alamania sunt exorta, videat Deus et iudicet auctores tanti mali. Contra predictam promotionem viriliter opposuit se Adolfus episcopus predictus, cui fuerunt subsidiosi domini Colonien*sis* et Treveren*sis* Cuno egregius archiepiscopi, capitulum Mog*untinum** et quidam nobiles de societate Stellarum, quorum tanta fuit multitudo, ut eciam imperator ipsos posset formidare.

Eo tempore fuit magna pestilencia Avinion*e*, ita ut pene omnes advene ibidem commorantes fugerent a curia, sic eciam papa et cardinales; et mortui sunt multi cardinales et circa 14[2].

*) *Male haec verba Schaab l. c. p. 334. legit et distinxit:* capitaneus, Moguntini, *unde etiam apud Boehmer, Fontes IV, p. 373. sic repetita sunt.*

a) Elsacium *c.* b) transgressus *c.* c) instetur *c., cum W. em.* d) ipse *c.*

1) *De diluvio a.* 1374. *in Elsatia referunt Matth. Nuwenb. ed. Studer p.* 215. *et Koenigshofen 'Städtechron.' IX, p.* 866, *item Chron. Limb. c.* 96: done[illegible] vur fastnacht da was eine groβe flut uf erden. *V. quae Wys*[illegible] *locum adnotavit.* 2) *Cf. Vitam Gregorii XI. p.* 432.

Et ibidem tunc et sequenti tempore fuit caristia tanta pressura[a], quod . . que se extendit ad alterum dimidium[b] maldrum mensure Mag. solvebat 12 flor. auri currentis. Adhuc papa omnia beneficia petentibus reservabat et reservato imponebat centum flor. . ad cameram.

f. 115'. *Mai.* 21. *In hoc tempore circa dies penthecostes navis quaedam periit in Mogano circa villam Kelstirbach[1]. Ibi perierunt circa centum homines de validis viris, mulieribus et infantibus, qui hinc inde reperti et sepulti, et fuerunt de diversis partibus Rheni.

Circa predictos dies perierunt multi homines ex resolutione nubis pluviose cadentis in loco dicto.

Iun. 15. Circa festum Viti et Modesti fuit tempus valde pluviosum, durans per multos dies tempore quo vinee floruerunt, et usque ad mensem Augusti obtinuit terram nubilosus et pluviosus aer, unde vinum et frumentum valde perierunt.

Item predicto tempore succubuerunt opidani Fridberg*enses* occisi et captivati a Philippo iuniori de Falckenstein[2], quia volebant defendere ipsi opidani predam pecudum suarum per quosdam latrunculos factam, et sic inciderunt in manus dicti domini Philippi.

Eo tempore invaserunt Wedderabiam multi latrunculi de . . quorum circa 100 sunt captivati ab castrensi Fridberg*ensi* domino de . . .

In mense Augusto facta est tanta capcio piscium, que magna fuerat penitus . .[c], et quod prius pro uno floreno, nunc pro uno turonense in foro piscali poterat emi.

In mense Augusto Adolfus electus archiepiscopus transtulit se cum magno armatorum comitatu ad partes Hassie,
f. 116. Westvalie, Saxonie et alibi, ubi erant municiones *ecclesie Moguntin*e*, et omnes fecerunt sibi homagium, respuentes Ludovicum, quem papa ordinaverat archiepiscopum Moguntin*um*, et orte sunt . . gwerre[d] inter ipsum et marggravios.

In Augusto accidit miraculosum, quod memoriam hominum amplius transcendebat. In partibus . . . Traiecten*sium*, in Colonia et Brabancia et in vicino quedam furia invasit multos homines utriusque sexus infra senium constitutos, videlicet quod ipsi saltabant, corizabant cum*risu et vocifera-

a) *pro* t. p. *W. suspicatur* tam pessima. b) *hic aliquid excidisse apparet.* c) penitus aboleret c.; *W. proposuit post* piscium, *ubi quidem non est lacuna, ut caristiam inserere, tum* aboleret *recte se haberet.* d) gewerre c. *Ioannis I, p.* 690, *supplet* graves guerrae.

1) *Kelsterbach ad Moenum fl. infra Hoechst.* 2) *Falkenstein ad montem Taunum a meridionali et occidentali parte Friedbergae in Wetteravia.*

tione maxima et de loco ad locum mocione et saltacione, in tantum quod, si non amici eorum ventres eorum strictis loris constringebant, in se ipsis tabescebant et deficiebant, toto corporis vigore consumpto; sed tamen multi periculum mortis evaserunt. Cessante autem in eis huiusmodi furia, ad mentem revertebantur, et in bona memoria et confessione quidam evaserunt, alii perierunt. Predicti vero furibundi, si rubeum pannum vel calcios rostratos[a] viderunt, ex hoc in maximam rabiem exarserunt propriisque manibus sciderunt[1]. Item in quibusdam partibus terre et circa . . iterum repullulant flagellatores.

Item in Octobri habitatores Riffenberg invaserunt castrum Konigstein, Philippum dominum ipsius castri cum tribus filiis suis ceperunt. Qui Philippus volens aufugere per murum, cecidit in fossatum et in brevi postea supervixit et miserabiliter vitam finivit[2]. Sicut fecit, sic reddidit *ipsi*[b] Dominus.

Eo tempore Adolfus electus predictus profectus cum magno armatorum comitatu intravit terram marggraviorum Misnensium et comitiam de Schwartzburg, et cum potencia transivit vindicando inimicos suos marggravios et ipsorum auxiliarios, quia ipsi marchiones dolo abstulerunt *opida et castra, scilicet Saltza et Bischofis*gottern*[c, 3] ab ecclesia Moguntina. Sed postea Karolus rex Bohemus imperator fecit treugas inter ipsos: dictis opidis et castris[d] in manibus suis pro iusticia receptis, transtulit se Magun*ciam*[4] et ibi, ut dicebatur, multa figmenta exponebat, eciam omnem libertatem ecclesiasticam, quantum in se erat, fultus[e] ut dicebatur pape quoque[f] Gregorii auctoritate, volens et tentans humiliare — et longum esset dicere — ut posset obtinere machinationem sue voluntatis non propter tranquillitatem terre, sed ut omnia in adversitatem dimitteret; quod Deus avertat! quia modicum *f. 116

a) rustratos *c.* b) ipsi *posui in lacuna.* c) *supplevi cum Schaab in lacuna.* d) dicta opida et castra *c.* e) sulcus *c.*, *corr. cum W.* f) q̄ *c.*

1) *Cf. de saltatoribus Coloniae a.* 1374. *Ann. Colon. 'Städtechr. XIII, Cöln', XIII, p.* 41. *Koelhoff, ib. XIV, p.* 715. *et Chron. Limburg. c.* 97, *cuius auctor prorsus prudenter sentit, haec addens:* Unde fant man, daz ez duisserie was unde ketzerie, unde geschach umb geldes willen, daz ir endeiles frauwen unde manne in unkuscheit mochten leben unde dí vollen zu bringen. 2) *Chron. Limb. c.* 105*:* Junker Philips herr zu Falkenstein unde der was genant der stume von Falkenstein, nit daz he ein stume wer von reden, dan he was ein stome von werken. 3) *Nunc Grossgottern ad fl. Unstrut prope Langensalzam.* 4) *Karolus IV. Moguntiae commoratus est a.* 1374, *Oct. exeunte usque ad Nov.* 14. *Reg. p.* 449.

curavit pacem Alamanie, sed pater Bohemie, ut patet, quia ipse extunc Ma*guncie*[1] . . predones undique fecerunt in circuitu rapinas, incendia, quod minime curabat, sed solum intendebat suo profectui[a] et augmento regni Bohemorum, in desolatione *positis*[b] cunctis opidis ad imperium pertinentibus.

Anno 75. orta est magna sedicio inter comitem de Lyningen scultetum in Oppenheim et civitates Mogun*tiam,* Wor-
Jun. 24. matiam et Spiram. Postea circa festum nativitatis Iohannis Adolfus electus archiepiscopus invasit terram marchionum et Misnam cum magno exercitu, ceptans ipsos provocare ad bellum; sed non ausi fuerunt inire certamen; et stetit ibi multo tempore, donec marchiones, magno congregato[c] exercitu . . Tunc etiam fuit Avinione pestilencia calorum innaturalium[d], unde multi perierunt. Item fuit ibi magna caristia. Item comitive societates barbarorum christianorum ibidem residebant.

A principio Maii usque deinceps fuit calidissima aura, sole semper estuante, et fuit tantus calor sicut ulla meminit etas; eciam quod uve arefacte sunt in vitibus cum ipsis
**f.* 117. vitibus in multis partibus; *sed annona crevit multum bona et satis.

Tunc captus est Rupertus comes Nassaw, predo patrie, et dicti de Ryffenberg in Augusto, qui multas in patria sua fecerunt malicias. Et domina de Myntzenberg[2], relicta Philippi de Falckenstein, quem ipsi occiderunt[3], cepit eos: ita Deus disposuit, alioquin magnum malum patrie machinassent. Dicitur, quod fuerunt federati cum episcopo Bamberg*ensi contra*[e] Adolfum episcopum Ma*guntinensem* electum.

Item tempore predicto, scilicet mensibus Maio, Iunio, Iulio et Augusto, fuit magna siccitas, sole semper estuante cum maximo ardore, et fuit tantus calor in terra, quod nullus hominum similem recordaretur, et nisi Deus pluvias in Septembris[f] initio misisset, vinee periissent propter ariditatem.

Item circa predictum tempus Karolus imperator et marchiones Misnen*ses* et multi alii principes et domini de Bohemia et circumquaque obsederunt Erfordiam cum magno exercitu, et resecarunt vineas et devastaverunt terram in . . circumquaque: Adolfo electo archiepiscopo in civitate predicta existente et viriliter cum civibus reluctante; qui etiam ab-

a) profectu *c.* b) positis *posui in lacuna.* c) congregatus *c.* d) Inatalīū *c.; W. suspicatur* inguinalium. e) *sic lac. explevi cum Bodmann.* f) Septembri *c.*

1) *Cf. p.* 37, *n.* 3. 2) *Münzenberg in Wetteravia.* 3) *Vide supra p.* 37.

straxerunt marchionibus et eorum exercitui cottidianas[a] predas in captivis et pecudibus et equis, ita quod marchiones ibi modicum profecerunt[1]. Tandem imperator fecit treugas ad alterum dimidium annum, que tamen male servabantur. Et sic recesserunt quilibet ad propria[2].

Post hec Adolfus electus diffidavit Rupertum suum patruum[b, 3] et abstulit sibi castrum et munitionem . . . et postea pacificati sunt.

*Circa predictum tempus quedam societas barbarorum *f. 40' invasit Alamanniam et transtulit se Elsaciam cum duce eorum domino de Cussinis contra ducem Austrie[4]. Quorum ut veraciter dicitur fuit multitudo maxima, videlicet octo milia bene armatorum et cum vulgo et aliis suis sequacibus usque, ut veraciter referunt, ad 50 milia hominum, et dicebatur, quod ex *iussu*[c] pape et imperatoris Alamaniam intrassent. Tunc fuit pestilencia epidimiarum in Erffordia et in tota Thuringia.

Circa festum Andree convenerunt[d] contra dictos barbaros Nov. 30. principes Alamanie, dux Austrie cum multis principibus et dominis terrarum suis vicinis, dux Rupertus[5] et alii duces Bavarie, Adolffus archiepiscopus electus et de civitatibus magnus exercitus.

Hiis gestis, societas cessit transferens se ad partes superiores, pertransientes dictum Hawenstein[6], ubi exercitus Alamanorum[e] . . et ibidem quoddam castellum expugnarunt, ubi, copia victualium inventa, se aliquamdiu, omnibus incolis occisis, retinuerunt. Interea prefectus patrimonio[f] invasit Viterbium et terram circumsitam, quae fuit pape, quam Urbanus papa recuperaverat[7]. Tunc predictus dominus de

a) coclidianas *c.* b) patrem *c.* c) *in lacuna posui.* d) convenerunt *bis scr. c.* e) Alamaneorum *c.* f) patrimonia *c.*

1) *Cf. de hoc bello archiepiscoporum aemulantium et de obsidione Erfordiae Chron. Limb. c.* 106. *et Chron. Magdeb.* '*Städtechr.*' *VII, p.* 267. 2) *Pactum est* 6. *Sept. apud Graefen-Tonna. Reg. Kar. IV. nr.* 5500. 3) *Archiepisc. Adolfus filius erat comitis Adolfi de Nassowe, et Rupertus de Sonnenberg (prope Wiesbaden) huius frater eodem patre genitus ideoque patruus electi.* 4) *Cf. Koenigshofen p.* 815. *ad a.* 1375: Von den andern Engelendern, *et alios in adnot. laudatos scriptores cum epistolis civitatum; necnon Chron. Limb. c.* 110. *Dux Anglorum erat Enguerrand dominus de Coucy, qui hereditatem contra Albertum et Leopoldum duces Austriae arrogabat.* 5) *Princeps elector Rupertus I. Palatinus.* 6) *Cf. Iustinger,* '*Berner Chronik*' *ed. Studer p.* 141: Das die Engelschen in daz lant kamen — also zugent sie für Basel heruf an den Houwenstein. *Chron. Limb. l. l.* 7) *Cf. Vitae pap. p.* 489: operante et procurante Francisco de Vico praefecto urbis, qui Viterbium et alia loca plura ad dictam ecclesiam pertinentia tunc detinens, tamquam eius hostis *etc.*

Cussinis transtulit se, ut dicebatur, ad Italiam cum mille quingentis lanceariis. Interim incole opidi Berne et sui auxiliarii combusserunt de societate, que apud ipsos remansit, et occiderunt[a] circa tria milia armatorum in quodam claustro dicto[b] 'Frauwenborn', in quod solatiando et corizando intraverant, monialibus sive monachis expulsis[1].

*f. 118. Maledicto pape. . . *Papa amisit Bononiam et terram circumsitam copulantem se cum Florentinis, sicut antea amisit Bitervium et terram circumiacentem[2]. — Accipe baculum et vade mendicatum, rubigo consumet te!

Jun. 1. Anno 76. circa festum pentecosten Karolus imperator venit ad partes Rheni et, copia pecuniarum infinitarum apposita et oblata, corrupit omnes electores imperii, qui muneribus magnis acceptis elegerunt filium suum Wentzeslaum in regem Romanorum; qui[c] fuit coronatus Aquisgrani[3]. Et electioni interfuit Ludovicus provisus a papa archiepiscopus Moguntinus, sed Adolffus electus hoc minime curans fuit exclusus. Ex qua electione Rupertus dux Bavarorum et comes palatinus acquisivit Oppenheim munitionem cum suis attinenciis. Cuno de Falckenstein archiepiscopus Treverensis recepit 120 milia floren. et alii electores quilibet secundum suum condictum et voluntatem.

O, quantum virtutis habes mala copia dandi!
Per te damnantur iusti florentque nephandi!

Wentzeslaus electus[d] rex petivit omagium a civitatibus Swevie, que viriliter se opposuerunt, conducentes octingentos viros lanciarios in pugnam. Imperator obsedit Olmen, incendit omnes villas circumiacentes, sed opidum non potuit nocere, . . .[e] tandem recessit post tres septimanas[4].

Hoc anno . .[f] estate obiit Henricus lantgravius Hassie[g], vir magnanimus et probus in vita sua; cui successit Hermannus fratruelis suus[5].

Interea cum imperator esset Alamanie, omnes sperabant concordiam se facturum inter predictos episcopos Maguntinos

a) occidit *c.* b) de *c.* c) quam *c.* d) epcus *c.* e) tandem occisa tandem recessit *c.* f) m⁰ *c. pro numero anni.* g) lantgr. H. *ter ponit c.*

1) *Cf. Justinger l. l. p.* 143: Daz die Engelschen zu Frouwenbrunnen erslagen wurden . . . 1375. uf sant Steffanstag *(Dec. 26) et Chron. Limb. c.* 110. 2) *Cf. Vita Gregorii XI. p.* 434. 3) *A.* 1376, *Iul.* 6. *Cf. 'D. Reichstagsacten' I. de Wenceslai electione et coronatione.* 4) *Cf. Ulman Stromer 'Städtechr. I. Nürnberg' p.* 35. *et Chron. Augustanum ib. IV. 'Augsburg' p.* 48. 5) *Landgravius Heinricus II. cogn. Ferreus obiit a.* 1376. *exeunt. Rommel, 'Gesch. von Hessen' II, p.* 152, *n.*

adversarios, sed suis dispositis quibusdamque verbis minatoriis prolatis, absque fine *se transtulit extra partes. *f. 118'.

In illo tempore multi barones, milites et armigeri, qui Adolffo archiepiscopo electo auxilium contra marchiones prestiterunt, volentes habere premium[a] laborum suorum, impetiverunt cives et homines ecclesie Maguntin*ensis;* multa dampna ipsis intulerunt.

Tunc etiam maxima lis est exorta inter archiepiscopum Colonien*sem* et civitatem ibidem, qui invicem multa dampna, incendia, captivationes et homicidia perfecerunt. Auxilium prestiterunt archiepiscopo omnes provinciarum domini circumsedentes et civitates inferiores in communi pace confederate; sed comes de Marca, magna pecunia accepta, fuit cum civibus Colonien*sibus*. In mense Ianuario pacificatum est maximo cum periculo utriusque partis[1].

In Novembri sive Octobri mortuus est Herbordus de Hexheim laicus, prudentissimus consiliarius Cunonis archiepiscopi Treverensis; non fuit ei similis in terra illa in prudencia.

Misit imperator ad papam pro confirmatione filii sui Wentzlai in regno; quae non processit, Gregorio papa differente, donec Urbanus, ut eum sibi attraheret et principes electores, ipsum confirmavit; quod Clemens papa omnino cessavit quantum potuit[2].

Opida Suevie ad imperium pertinentia invaserunt terram domini de Wirtenberg[3], auxiliatoris imperatoris, *et destruxerunt 26 opida et munitiones ipsius, auferentes sibi spolia infinita, et multos captivos graves, divites et mediocres, secum tulerunt. *f. 119.

Circa festum Michaelis Gregorius undecimus exiens ab Avinione[4], transferens se Italiam pro acquirenda terra amissa, obligans palatium Aviniense[b] et attinentia duci Burgundie, ut dicebatur, pro centum milibus florenorum, venitque ad regnum regine Neapolitan*e*, ibique diu commoratus est.

Circa predictum tempus et preterito tempore fuerunt tempora valde bona, fertilia frumento et vino, quae pro

a) primū *c.* b) Innnen̄ *c.*

1) *Cf. Annales Colon. 'Städtechr. XIII. Cöln' p.* 43. *et Koelhoff ib. p.* 720. *Comes Engelbertus de Marca copias Colonienses ducebat. Pax facta est* 1377, *die S. Pauli, i. e. Ian.* 25. 2) *Urbanus II. Wenceslaum electum probavit et regem pronunciavit a.* 1378, *m. Iulio; ita et Clemens VII. adversarius papa m. Octobri. 'D. Reichstagsacten' I, p.* 147 *sq.* 3) *Comes Eberhardus.* 4) *Vita Gregorii XI. p.* 438: Die decima tertia mensis Septembris a. 1376. de Avinione recessit.

modico[a] reputabantur in Alamania. Sed pessimus incursus predonum ubique surrexit, et fuit magna pestilencia in Lubecke[1].

Mart. 5. Anno 78. sexta ante Invocavit fuit susceptus rex Wentzeslaus in Maguncia et aliis civitatibus[2].

Mart. 27. Anno 78. sabbato ante dominicam Letare moritur Gregorius papa XI. in urbe Romana. Quo defuncto, Urbanus
April. 11. 18. papa sextus eligitur et in die palmarum confirmatur et in die pasce coronatur; qui prius fuit archiepiscopus Barensis, non cardinalis. Ipse inherebat vestigiis Urbani quinti sui predecessoris, hominis beatissimi, ut prima[b] fronte dicebatur, sed postea mirabilis inconstancie in factis suis.

*f. 119'. *Eodem anno magna fuit dissensio inter papam et cardinales, quorum pauci astiterunt sibi; reliquorum aliqui dicebant, quod non esset canonice electus aut creatus in papam, quia coacti cardinales per Romanos ipsum creassent. Ipse . . papa cardinales qui ipsum elegerunt deposuit et alios creavit, quia nolebant sibi obedire. Quo facto, omnes cardinales, qui ipsum papam elegerant, concordarunt et alium papam, scilicet cardinalem Gebinensem[3], crearunt et Clemens VII. vocaverunt,
Nov. 1. et in die Omnium Sanctorum coronaverunt.

Anno predicto in estate magne gwerre aguntur inter comitem de Wirtenberg et opida regalia Suevie[c], imperatore Karolo hoc procurante. Dux Austrie[4] confederatus fuit opidis, que in multis actibus prosperata[d] sunt contra dictum comitem. Pacificata sunt hec in Augusto[5].

In Octobri facta est treuga generalis prope Rhenum per Rupertum ducem Bavarie et civitates Rheni Maguncia m . . et Spirenses et quosdam alios dominos terrarum ibidem[6], sed nichil valuit neque alicuius valoris fuit, quia predictus dux fraudem meditatus[e] est contra Adolffum.

Urbanus papa predictus confirmavit Wentzelaum regem et pronunciavit eum regem Romanorum in publico consistorio[7].

*f. 120. *Item alia treuga in Wederabia per opida et dominos Wederabie, que pro nichilo valuit; quia nemo fuit ex hoc defensus, sed maiores[f] insolencie predonum insurgebant. Rupertus dux procuravit contra Adolffum archiepiscopum.

a) modica c. b) primo c. c) Suevia c. d) prosperati c. e) medicatus c. f) maioris c.

1) *Cf. 'Städtechr. XIX. Lübeck'*, *p.* 556. 2) *Febr.* 28. *Spirae. Pelzel, 'Lebensgesch. K. Wenceslaus' I, p.* 63. 3) *Robertum de Geneva.* 4) *Leopoldus.* 5) *Norimbergae a.* 1378, *Aug.* 30. *Reg. nr.* 5931. 6) *Ad hanc pacem spectat compensatio, quam Karolus IV. palatino Ruperto pro sumtibus et labore praestitit. 'D. Reichstagsacten' p.* 210, *nr.* 1. 7) *Vide supra p.* 41, *n.* 2.

Tunc papa predictus scripsit sub bulla sua Adolffo postulato predicto inter cetera sic: *Nolumus te ignorare, quod tibi totiens per iniuriam defraudato paterne compatimur, sed tua decrementa taliter intendimus. . .*

Eodem tempore fuerunt in Alamania tempora omni fertilitate et habundancia frugum terre benignissime referta; maldrum tritici solvebat 12 sol. in Mag*uncia*.

Circa Mathei festum papa Urbanus, volens sedare scisma *Sept. 21.*
et malum quod vertebatur inter episcopos Maguntin*os*, absolvit Ludovicum de Missen a iuramento ecclesie Maguntin*e prestito*[a], et transtulit eum ab archiepiscopatu ad patriarchatum Iherosolomitanum, et commendavit sibi ad hoc episcopatum Camaracen*sem*. Quod ipse Ludovicus et amici sui egre ferentes . . .

In tempore illo circa festum Barbare opidani Wetzflari- *Dec. 4.*
enses conglobati[b] contra Iohannem de Solmes dictum 'Springindasleben'[1], qui dictum opidum violenter obtinebat, ipsum de munitione expulerunt.

Circa tempus predictum fuit pestilentia in Suevia et circa circumsita.

*Anno Domini millesimo 378, indictione prima, pontificatus **f. 120'.*
domini Urbani sexti anno primo, in vigilia Andree apostoli *Nov. 29.*
in intempesta nocte moritur Karolus quartus imperator in civitate Pragen*si*. Hic regnum Romanorum et Bohemie tenuit multis annis, circiter 36[2].

Postea ipso die Thome Cantuarien*sis* Rhenus est coagu- *Dec. 29.*
latus glacie, quod transiebatur sicco pede circumquaque; qui
recessit in vigilia epiphanie Domini, videlicet octo diebus *Ian. 5.*
glacie penitus resoluta.

Anno Domini 1379, circa dominicam Esto michi Wen- *Febr. 20.*
tzelaus rex venit Franckfordiam, ducens secum Ludovicum . . .[c], et mortuo patre suo Karolo imperatore ipse voluit stabiliri in regn*o* Romanorum. Et principes electionis imperialis susceperunt ab eo feudalia, et alii multi. Tunc venit episcopus Parisien*sis*, missus a rege Franckorum, favente Clementi pape contra Urbanum electo[d], ad suadendum regi et principibus de adhesione predicti Clementis; sed rex et principes adheserunt Urbano pape predicto[3].

a) prestito *in lacuna suppl. cum W.* b) *conglobaser* c. c) Lud. quam . . et c.
d) contra — electo *in marg. add.* c.

1) *Iohannes II. de Solms (1374—1409) Wetzlariam, cuius civis nobilis erat, a.* 1375. *m. Iulio dolo in potestatem suam redegerat et hucusque tenebat. Cf. Chron. Limb. c.* 84. *Landau, 'Ritterges.' p.* 72. 2) *Pro annis* xxxvi *legendum est* xxxii *sive* xxxiii. 3) *Cf. 'D. Reichstagsacten' I, p.* 226: *Conventus Francofurti a.* 1379. *m. Febr. et Martio.*

Urbanus papa restituit Ludovicum ad archiepiscopatum Mag*untinum,* quia ipse noluit esse patriarcha Iherosolimitanus, et tamen nichil obtinuit de munitionibus archiepiscopatus Magun*tini* nisi solum opidum Saltza in Thuringia, ubi se retinuit.

*f. 121. *Clemens papa, ut dicitur, transtulit se Avinion*em* cum omnibus prioribus cardinalibus collegii et ibi se retinuit[1]. Postea Adolffus postulatus accepit confirmationem et palleum a Clemente papa, magnas indulgencias ab eo recipiendo.

Illis temporibus magna fuit gwerra inter episcopum Meten*sem* et ducem Lottringie, qui episcopo[a] multas intulit molestias et dampna; et inter marggravios et vasallos ecclesie Mag*untine* et ducem Brunswig, qui inivit ecclesiam Mag*untinam;* et inter Clementem et Urbanum papas.

Iul. 25. Item in festo Iacobi Cuno archiepiscopus Treveren*sis,* civitas Ma*guncia* et civitates Wederabie, domini de Falckenstein et de Hanaw obsederunt Hatzstein castrum[2]. Incole predicti castri contulerunt[b] se ad gratiam obsidentium; qui recepta possessione castri sub pollicitatione, recesserunt. Sed tamen predones dicti castri non minora propter hoc spolia fecerunt in . . et tota patria Wederabie.

In hac estate multum pluit, sed tum continue calidum tempus fuit, unde Rhenus inundavit et peremit . . fenum circa Rhenum crescens; et facte sunt multe et magne fovee et voragines terre in multis partibus ex nimia pluvia.

Iul. 23. In hac estate sabbato ante Iacobi radii solares cum estu maximo . . terram; et ex illo vehementi estu multe vites cum
*f. 121'. botris et foliis omnino aruerunt, *quod magnum periculum vino incumbit.

Pape miserunt cardinales per diversas mundi partes, quorum unus ex parte Urbani visitabat Alamaniam, venit Spiram, Wormatiam, Maguneiam et Franckf*ordiam,* qui dicebatur Pileus Sancte Praxedis[3]; alter, scilicet dominus de Agrifolio, retinebat se Metis et Friburgi; tandem venit et fuit ex parte Clementis[4]. Hii habebant ex utraque parte maximas auctoritates pape.

Sept. 8. Circa festum nativitatis Marie principes electores cum

a) episcopus *c.* b) contulerint *c.*

1) *Clemens VII. m. Iunio a.* 1379. *Avinionem venit. Vita Clementis VII. p.* 495. 2) *Hattstein castrum praedatorum in Nassoviae regione Usingen. Cf. de hac expeditione Chron. Limb. c.* 116. *et Lindner 'Gesch. des D. Reichs unter K. Wenzel' I, app.* 8. 3) *Cf. relationem cardinalis Pilei archiepiscopi Ravennatensis, apud Raynaldum, Ann. XVII, p.* 65. *et Lindner l. l. app.* 7. 4) *Vitae Clementis VII, p.* 492: Propter quod memoratus dominus Guillelmus de Agrifolio presbyter cardinalis —

consiliariis domini regis convenerunt Franckefordie[1], et ibidem firmaverunt, se papam Urbanum habere pro vero papa, et attraxerunt sibi multos episcopos, principes et civitates Alamanie, et ibidem tunc interfuit Pileus cardinalis Sancte Praxedis prescriptus. Adolffus postulatus et capitulum Maguntin*um* non consenciebant. Legati Clementis et regis Francie venerunt illuc cum duce Brabancie, et absque profectu[a] recesserunt, quia eorum legacio respuebatur pro Clemente papa.

In autumpno fuit magna pestilencia epidemie . . et terris circumsitis, et venit . . .

Sabbato crastino Symonis et Iude Adolfus publicavit *Oct. 29.* literas confirmationis sue a Clemente, et palleo indutus a duobus episcopis, se gessit pro archiepiscopo. Et hec facta sunt in Eltevil in presentia cleri Mog*untini* et multorum officiatorum[b] et vasallorum ecclesie Mog*untine*. Capitulum Mog*untinum* recepit eum in archiepiscopum, assignatis sibi castris et munitionibus.

*In illo tempore Parisius Francie et terra circumsita **f. 122.* erat magna pestilencia et mortalitas hominum.

Circa festum Nicolai cecidit maxima nix et postea super *Dec. 6.* terram, qualis antea in 20 annis non est visa, unde quasi omnes corvi . . et similes[c] aves et lepores.

Ista tempora fuerunt omni fertilitate referta; et adhuc habundancia omnium rerum Deo dante durat, excepto quod nequam raptores nullus cohercebat.

Hermannus lantgravius Hassie suscepit feudalia sua, que ab ecclesia Magun*tina* tenet, de Ludovico gerente se pro archiepiscopo. Et propterea Ludovicus dedit sibi montem dictum Wedelberg, ut dicitur, prope Nuweborg[2], super quem montem edificavit lantgravius castrum. Sed Adolfus et capitulum Moguntinum istud reclamarunt et restiterunt[d] quantum potuerunt, unde magna gwerra sequebatur in terra Hassie et circumvicino; et tandem Adolfus cum auxilio illorum de Falckenberg subtiliter acquisivit castrum et omnino destruxit.

Anno Domini 1380, indictione tertia, pontificatus Urbani

a) prefectu *c.* b) officia eorum *c.* c) siles *c. signo compendii omisso. W.* d) restituerunt *c.; ex sensu corr.*

legatus destinatus — petens sibi dari audientiam, fuit diutius in Alamannia, terris videlicet Leopoldi ducis Austriae iunioris *etc.* 1) *'D. Reichstagsacten' I, p.* 257*: Conventus Francofurti a.* 1379, *Sept.* 2) *Chron. Limb. c.* 124: eine burg uf den Wedelberg bi dem stedichen Nuwenburg, eine mile von Wolfhan. *Numburg in Hassia inferiore, prope Wolfhagen a parte meridionali, in finibus comitatus Waldeck.*

VI.[a] anno secundo, Clementis VII. anno secundo, duravit scisma inter dictos papas. Urbanus privavit, excommunicavit et[b] multa mala intulit adherentibus Clementi. Similiter Clemens fecit adherentibus Urbano.

Febr. 6. In Februario mense circa festum Dorothee moritur Walramus comes in Spanheim.

**f. 122'. Mart. 25. Mai. 13.* *In illis diebus inter festa pasche et pentecostes convenerunt[c] Franckfordie Wentzelaus rex et principes electores in negocio scismatis[1]. Tunc fuit ibi presens Pileus cardinalis Urbani pape tituli[d] Sancte Praxedis. Qui post multas pecuniarum collectiones in Alamania, penitencia ductus, transtulit se ad Clementem papam.

Eo tempore fuit in tota illa regione pestilencia mortalitatis gallinarum, ita quod principes Franckenfordie[e] commorantes non commedebant de gallinis et raro de ovis[f], que omnino erant exosa, que semper antea fuerunt grata pro esu; eciam infimi et ignobiles spernebant esum gallinarum. Tunc dicitur pacificatos fuisse ibidem in Franckfordia dominos Adolfum et Ludovicum sepedictos . . tamen in suspenso manere.

In mense Iunio facte sunt mirifice tempestates turbinum, grandinum et diluviorum in multis partibus circa Coloniam; oppressit frumenta maximo dampno illato, et postea pluviale et ventosum . . duravit usque ad medium Augusti, interdum temperatum[g]. September fuit valde bone aure.

In illo tempore dux Rupertus antiquus Bavarie comes palatinus et Adolfus archiepiscopus Maguntinus magnas habuerunt inter se gwerras.

In mense Iulio fuit Pragis et Bohemie magna pestilencia,
**f. 123.* ut quasi omnes studentes timore mortis recesserint[h]. *Tunc dicebatur quod una septimana 1100 homines ibi moriebantur[i].

In diebus illis Rupertus dux, comes palatinus predictus cum magno exercitu invasit diocesin Spirensem et postea Maguntinam[k], et multa mala exercuit; combussit omnes villas, pauperes spoliavit captivavitque et fugavit omnes in dictis diocesibus tam clericos quam laicos, eorum bonis et redditibus ablatis, et iuxta suam voluntatem pertransivit dictas dioceses, nemine sibi resistente, incendio devastando extra opida quicquid erat in terra, non advertens sue senectutis canitiem.

Post quindenam Adolfus archiepiscopus Maguntinus con-

a) V *c.* b) ex'cavit in *c.; pro* in *em. cum W.* et. c) communiter *c.* d) tunc *c. em. G. W.* e) Franckenfordeñ *c.* f) avis *c.* g) temporatum *c.* h) recesserunt *c.* i) moriebant *c.* k) Magunciam *c.; em. cum W.*

1) *'D. Reichstagsacten' I, p.* 271: *Conventus Francofurti a.* 1380, *m. Apr.*

gregavit magnum exercitum, et vindicare se volens predicta damna, invasit terram ducis et suorum auxiliatorum[a], cremavit, rapuit, captivavit, et similiter multa damna intulit habitatoribus terre ducis. Longum esset scribere incommoda et mala toti terre circa Rhenum, Moganum, Necker, Dubir[1] flumina et circumvicinia illata ex dictis gwerris[b]. Tandem dominus Cuno archiepiscopus Treveren*sis* magno labore se interposuit et pacificavit.

Tunc magna pestilencia fuit in Franckford*ia*.

Eodem tempore rex Anglie invasit Franciam, ipsam circumquaque pervagando[c], nemine resistente[2].

Tunc factum est una dierum, Adolfus cepit 60 milites et armigeros ducis[d] auxiliatores, 9 occisis, et antea ceperat 25.

*In Septembri et Octobri fuit valde magna pestilen*cia* *f. 123'.
in Franckfordia et circumquaque, que subtraxit multos pueros et eciam quosdam robustos viros, etiam multos senes homines; erat pestis ypidemialis.

In hoc autumpno crevit competens copia vini, sed amarum, quia propter pruinas venientes ante festum Michaelis vites Sept. 29.
foliis spoliate, uve non poterant plene maturescere, sed tamen[e] vinum suum precium solvebat; et sic pruinis cohercentibus botri sunt collecti; succedente eiusdem anni tempore vinum in vasis maturescebat, et erat vinum factum satis bonum in bono foro.

Anno Domini 80. primo circa octavas epiphanie Domini 1381, Ian. 13.
instetit frigus valde forte, durans usque ad Kalendas Februarii, cum antea a festo Michaelis usque ad predictas octavas continue fuerit aura pluvialis et tepida absque frigoribus durantibus.

Viguit pestilencia circa partes Reni usque ad predictas octavas. Ipso die Vincencii martyris Rhenus frigore vehementi Ian. 22.
compactus est, cum pridie nulla glacies in eo fuerit, et in vigilia purificacionis glacies recessit, et sequebatur pluviosum Febr. 1.
tempus usque ad Marcium, et frigus continuum usque ad Maium cum magna ariditate; dominica vero Cantate venit Mai. 12.
pluvia copiosa irrigans aridam *terram*[f].

In dominica post pascha, videlicet Misericordia Domini, April. 28.
omnibus antea per regem et principes inter archiepiscopos *Maguntin*os*, videlicet Ludovicum et Adolfum, complanatis, *f. 124.
remansit Adolfus archiepiscopus Magunt*inus* confirmatus ab Urbano, et fuit gloriose intronisatus et susceptus in Magun*cia*

a) auxilia eorum *c.* b) gewerris *c.* c) pervagendo *c.* d) duces *c.* e) cum *c.* *perperam pro* tū; *em. cum G. W.* f) terram *suppl.*

1) *Tauber fl.* 2) *Exercitus Anglorum hoc anno a Buckingham per Galliam septentrionalem in Britaniam minorem ducebatur.*

ab omni clero et populo predicta dominica, et sic ab ambobus papis fuit confirmatus[1]. Ludovicus factus est . . patriarcha Anthiochie, et omnes sui adherentes sunt defraudati et extra compositionem relicti, quod lacrimabiliter deplorat et conqueritur Nicolaus de Grunenberg, olim plebanus ecclesie Maguntine, qui totis visceribus adherebat Ludovico, et plures alii, qui sua bona propter ipsius adhesionem amiserunt et nichil rehabebunt, quia singulares fuerunt et stulte egerunt, retrahentes se pauci a toto cetu cleri civitatis et diocesis Maguntine, sperantes se glorificari et beneficiis magnificari, facti postea derisio populi. — Attende: *Vile est membrum, quod non congruit suo universo!*

Tunc temporis fuit pestilencia gravis Colonie, Maguncie et aliis multis locis . .[a]

Iun. 24. Circa festum Iohannis baptiste Pileus cardinalis venit Maguncia*m*. Nota, quod tunc Wentzelaus rex spoliavit clerum in Bratislavia[2].

Sept. 22. Dominica proxima post Mathei Adolfus archiepiscopus fuit Erfordie susceptus. Ipse exegit a clero civitatis et diocesis Maguntine duodecim procurationes, que extendunt se ad magnam summam, videlicet in rure ultra decem subsidia maiora.

Tunc fuerunt Franckford*ie* Wentzelaus rex, Pileus cardinalis et electores imperii[3]. Facta predicti Pilei postea sunt denudata et mendatitia inventa.

**f. 124'.* *Illis temporibus civitates* circa Rhenum confederate sunt cum civitatibus et opidis regalibus Suevie, conducentes multos armigeros lanceatos, quos magnis expensis et stipendiis sallariarunt[4]; qui volentes resistere raptoribus qui circumquaque

*) *Fragmentum Chronici Wormatiensis de civitatum bello apud Buderum, quod ex Chron. Mogunt. excerptum est (cf. praefationem), hoc loco incipit verbis:* Circa annos Domini 1381. civitates potentes Ratispona *etc., quae infra (f. 133') inveniuntur, et postea ut supra pergit:* conducentes multos armigeros *etc.*

a) locis mortuis *c.; W. coni.* mortui sunt.

1) *Archiepisc. Adolfus, qui iam pallium a Clemente VII. acceperat, postquam ad partes Urbani VI. transiit, etiam a rege Wenceslao legitimus archiepiscopus Maguntinus pronuntiatus est, a.* 1381, *Febr.* 4. *'D. Reichstagsacten' I, p.* 287. 2) *Cf. Pelzel, 'K. Wenceslaus' I, p.* 105. 3) *Hic assertionis Weizsaeckeri l. l. I, p.* 309, *conventum statuum imperii m. Sept. a.* 1381. *Francofurti habitum fuisse, illud quidem confirmatur, principes electores ibi cum rege Wenceslao convenisse.* 4) *Cf. Chron. Limb. c.* 127. *et Confoederationes civitatum Rhenensium et Suevicarum de a.* 1381, *Mart.* 20. *et Iun.* 17, *apud W. Vischer 'Gesch. des schwäb. Städtebundes' in 'Forsch. z. D. Gesch.' II, Reg.* 140.

vagabantur, quia principes terre foverunt tales nequam raptores, quod nulli audebant secure transire per terram de loco ad locum, quia in principio se facere . . .

Eo tempore fuit fertilitas temporalium, vini, frumenti et omnium bonorum temporalium, que pro modico estimabantur, sed pessima insultatio raptorum vigebat: maldrum siliginis 12 sol., plaustrum vini communis crementi[a] 10 libras hall.

In hac hyeme Rhenus est congelatus infra opidum Pinguense, scilicet Bacharach et infra, qui in eius transitu maxima fecit dampna ibidem constitutis.

Anno Domini 80. secundo in fine Ianuarii exercitus civi- 1382.
tatum Maguntin*ensis*, Wormac*iensis*, Spirens*is*, Hagnaw*ensis* et Argentinens*is*, Franckenfordens*is*, circa 500 lanceati, mille sagittarii[b], profecti sunt contra Iohannem de Rodenstein, opidum et castriola dicta Schotten et municionem Bommerßheim destruxerunt[1]. Predicte civitates cum opidis Swevie confederate multas exercuerunt insolencias contra clerum, valde in elationem erecti[c], quia aliquantulum prosperate sunt contra quosdam castra possidentes et dominos terrarum circumsedentes.

*Item anno predicto et ante Ludovicus de Missen iterum *f. 125.
se intromisit de sede Maguntina, licet omnia primitus fuerant[d] complanata: scripsit se archiepiscopum Maguntinum et novam iurisdictionem in opido Yene in Thuringia erexit, cohortemque ribaldorum posuit in opido Saltza, qui ubique circumvagantes, captivarunt omnes clericos qui domino Adolfo tanquam archiepiscopo obedientiam fecerunt; et eciam quoslibet alios qui Adolfo adheserunt inhumaniter persequebatur; cui auxilium prestitit Hermannus lantgravius Hassie et alii sui fautores. Unde miserabiliter plagatus morte interiit ipse Ludovicus inprovisa, videlicet cum haberet et celebraret convivia ante carnisprivium in opido Kalben, subito domus sive palacium commune[e] incensum fuit igne ex negligencia famulorum, et cum ipse vellet fugere et evadere furorem ignis, cecidit cum multis aliis a summo in preceps, et sic miserabiliter eodem momento vitam finivit[2].

a) crementis *c.* b) sagittarios *c.* c) clerici *c.*, *em. cum G. W.* d) finierunt *c.*, *em. cum W.* e) communi *c.*, *W. coni.* communi — igne.

1) *Rodenstein castrum et terra in Hassia-Starkenburg prope Crumbach. Schotten ad fl. Nidda in Hassia superiore. Bommersheim prope Homburg. Cf. de expeditione contra Schotten 'Narrationem de rebus archiepisc. Mog.' ap. Bodmann, 'Rheing. Alterth.'* p. 811. *et Böhmer, Fontes IV,* p. 366. 2) *Casus et mors Ludovici de Misnia in oppido Kalbe ad Salam prolixe narrata sunt in 'Magdeb. Sc*[illegible]*chron. Städtechr.' VIII,* p. 284.

Circa predicta tempora vulgus Parisiensis crudeliter insurrexit; quosdam de consiliariis regis Franckorum et omnes Iudeos in civitate Parisiens*i* occidit et interfecit[1]. . Puer fuit protunc rex Franckorum; sed postea Parisiens*ibus* talionem fecit, ipsos gravissime punivit.

Mai. 25. In illis temporibus ante festum pentecostes egregia villa Brucke in Flandria capta est et depopulata, magna multitudine occisa et predis . . deportatis per incolas Gente et suos auxiliarios[2].

In hoc anno vidimus multas rorationes in Marcio et
*f. 125'. florentes rosas campestres prima die Maii; *et vites quasi
Iun. 5. totaliter floruerant ante diem beati Bonifacii, que erat quinta feria post octavam Trinitatis, videlicet ipso die corporis Christi. Marcius, Aprilis et Maius habebat tempora calidissima, acsi esset tempore Augusti; in Iunio fecimus focos ad calefaciendum pedes nostros propter frigus tunc instans.

Item circa predictum tempus Hermannus langgravius Hassie multum infestavit ecclesiam et terram Mog*untinam* necnon dominum Adolffum archiepiscopum. Opidum vero Fritzlar, clerum et populum ibidem magna hostilitate invasit, omnibus eorum foris muris ablatis, effregitque omnes speculas in circuitu opidi constructas, et tam dicto opido quam toti terre . . non quasi dominus, sed quasi persecutor apparuit. Ista omnia fuerunt pacificata[a] in Novembri mense, sed pessime per langgravium servata.

In Septembri et Octobri agebatur magna gwerra inter comitem Flandrie et opidanos Gente. Tandem opidani predicti succubuerunt, et comes cum auxilio regis Francie in bello occidit de predictis opidanis de Gente 12 milia virorum, qui omnes conportati in unum agrum, expositi[b] avibus et bestiis terre[3]. Predictus comes eciam reacquisivit villam magnam Brucke, quam prius invaserunt opidani de Genten, videlicet Gandens*es*.

1383. Anno 80. tertio dominica que dicitur Septuagesima, erat
Ian. 18. ipso die Prisce, rex Francie, comes Flandrie contra Gandaviens*es* et Brucke . . .

a) pacifica *c.* b) exposito *c.*

1) *Seditio Parisiensium, qui dicuntur Maillotins ('Schlegler'), Mart.* 1. *a.* 1382. *facta est. Karolus VI. rex Francorum non plus duodecim annorum erat, cum a.* 1380, *m. Sept. in regnum successit.* 2) *Victoria Gandensium, duce Iacobo de Artevelde, de Ludovico comite Flandriae et civitate Brugensi die* 2. *Maii.* 3) *Proelium ad Roosebeke die* 27. *m. Nov. a.* 1382, *in quo Artevelde et Gandenses contra regem Karolum VI. et nobiles Flandriae devicti et trucidati sunt. Id quod hoc loco apte narratum est, postea inepte repetitur.*

*Circa illud tempus Gandavens*es* miserabiliter sunt afflicti[a], interfecti et vulnerati a comite Flandrie auxilio regis Francie; et in uno bello occubuerunt 12 milia, omnes in unum agrum portati, negata sepultura[1]. *f. 126.

Circa idem tempus rex Francie maxime plagavit famosam civitatem Parisiensem, muris effractis et turribus deiectis; multos potenciores occisione[b] demultavit, ipsam in villam redigens sicut olim fuerat[2].

Postea circa mediam quadragesimam Wentzelao rege Romanorum hoc . .[c] convenerunt in Nurenberg electores imperii et maxima pars principum, baronum, nobilium et dominorum terrarum Alamanie, fecerunt invicem pacem communem[3].

In diebus illis civitates potentes circa Rhenum et in aliis multis partibus, Basilea, Columbaria, Argentina, Spira, Wormacia, Maguncia, Colonia et in Sosato[d] laici maximam inferebant clero persecutionem, ita ut quibusdam locis sicut in Susato extra civitatem expellerent clerum, in quibusdam, ut in Wormatia et Maguntia, communionem . . .[e] et opidanorum ac opificum emendo, vendendo, pistando inhiberent, in quibusdam vero, ut in Basilea, Argentina et Columbaria, ad omnia laicorum onera supportanda compellerent; et sic ipsos magis quam Iudeos persecuti sunt, non curantes principes terrarum, sed proprias secuti sunt eorum voluntates, spretis iuribus tam legalibus quam canonicalibus, et pro nichilo reputabant incidere *in* penas canonum et legum contra tales promulgatas.*

*In diebus illis cives Maguntinen*ses* et Wormacien*ses* fecerunt statutum abhominabile, videlicet quod nullus concivium suorum deberet cum clericis dantibus antiquam men- *f. 126'.

*) *In margine manus A scripsit:* ut iam temporis pre manibus est.

a) afflica *c.* b) mult potenciores occiss. *c.*, *W. em.* multis occisis potenciores. c) procurante *suppl. W.* d) Sosaco *et sic etiam in sequenti versu* Susaco *c.* e) commúnionem communi añ et *c.*; *in Chron. Wormat. f.* 40', *ubi hic locus excerptus est, legitur* communionem et opidanorum et opificum emendo *etc.*

1) *Cf. p.* 50, *n.* 3. 2) *Karolus VI. post introitum in civitatem Parisiensem graves poenas civibus inflixit, tum per supplicia auctorum tum per abolitionem liberorum civitatis institutorum. Cf. Félibien,* '*Hist. de la ville de Paris*' *p.* 695. *et* '*Preuves*' *I, p.* 519: '*Ordonnances du roy Charles VI. contre la ville de Paris* 1383, *Ianv.* 27'. 3) *Conventus statuum imperii Norimbergae a.* 1383, *m. Febr. et Mart., ubi pax generalis constituta est die* 11. *m. Mart.* '*D. Reichstagsacten*' *I, p.* 367.

suram ferre vel bibere vinum; et sic non poterant clerici vina sua vendere propter illud statutum[1].

In Augusto mense fuit magna pestilencia in partibus Alamanie, Westfalie, Saxonie, Hassie, et ibi maxima, et Thuringie et in Lympurg et aliis multis terrarum partibus, et defuncti sunt plurimi homines.

Aug. 15. In illis diebus[a] circa festum assumpcionis inventa est magna multitudo botrorum maturatorum, ita quod etiam mustum novum tunc in quibusdam partibus Rheni inveniebatur. Sequenti tempore fuit magna siccitas in montanis[b]; et desiccati sunt multi fontes scaturientes et rivuli, ita quod homines non poterant molere et passi sunt magnam penuriam farine, quamvis siligo esset in bono foro: maldrum siliginis fuit 11 solidorum et farine 18 solid.

In Octobri et circa congregatus est magnus exercitus contra dominos comites de Zweinbrucke et de Feldentze, quorum dux Barensis ductor fuit; et magna fuit formido, ne ipsis invalescentibus irrumperent omnem terram Rhenensem; tandem recesserunt.

In *illis*[c] diebus Urbanus Rome presidens emisit edictum, *f. 127.* quod bona post mortem clericorum cedere deberent *camere apostolice. Postea idem Urbanus transtulit se Neapolin, unde oriundus fuit; et post breve tempus Karolus de Pacz, gerens se regem Sicilie, ipsum detinuit et libertatem abeundi abdicavit[d. 2]. Tunc status Rome circa clerum de partibus Alamanie negociantem fuit pessimus.

In illis diebus autumpnalibus dominus Adolfus archiepiscopus exegit subsidium sive contributionem ab incolis Rinckaw, qui viriliter se opposuerunt nullo modo quicquam dare volentes; multas occasiones evadendi quesierunt, eciam multa opprobria et convicia intulerunt, minis et diversis consiliis exquisitis, qualiter resistere et evadere possent: in quibus nil profecerunt, sed tandem secundum omnem voluntatem ipsius domini archiepiscopi oportuit ipsos solvere magnas pecuniarum summas quamvis invite.*

*) *Hic interpositum est manu B (auctoris collectionis):* tu quoque fac simile, Alberte, et vives: 'es sein bôß bawern'. *Cf. praefationem.*

a) dierum *c.* b) inmōtaţ *c.* c) in diebus Urbani *c.*, *em. cum W.* d) abdicañ *c.*

1) *Hoc statutum clero Maguntino novi gravaminis causam praebebat. Cf. eiusdem unionem, ut vocant, a.* 1382, *Sept.* 19, *ap. Würdtwein,* ‾*II. p.* 368. *et 'Verfassungs-Gesch. von Mainz' p.* 127. ⁓ *p.* 597. *et Gregorovius, 'Gesch. d. St. Rom im*

Circa idem tempus Clemens septimus Avinione presidens de novo creavit undecim cardinales [1].

Wentzeslaus rex Romanorum tenens partem Urbani Rome presidentis, minime curavit scisma, nec quicquam utile egit pro regno Romano, sed mansit Pragis in Bohemia vacans suis voluptatibus.

Clerus Maguntin*us* et aliarum civitatum de confederatione dicta *'der bundt'* [a], quam cives dictarum civitatum inter se fecerunt, maximam persecutionem, plasphemiam et iniuriam patitur, de quo longum esset scribere.

*Illis temporibus fuit tanta copia victualium, vini et *f. 127'. annone, quod nullius fuit reputationis, et in tantum . . quod non curabant, quamquam clerus, milites et rustici agricole nichil valuerunt.

Anno Domini 1380. quarto, indictione septima, in fine 1384. mensis Februarii facte sunt rorationes . . de nocte, ut aliquando fieri solet in Maio, tam suavissima aeris temperie, tribus vel quatuor vicibus, et sequenti Maio in fine ipsius mensis post festum Urbani tribus vel quatuor noctibus facte *Mai. 25.* sunt pruine magne et congelationes glaciei, sed tamen fuerunt optima tempora vini et frugum, qualia optari possunt. Eciam fuit congrua pax in terra Rhenense et aliis terris in . . sive in confederatione civitatum situatis [b], et specialiter laicis.

Circa finem Augusti eiusdem anni, videlicet crastino *Aug. 25.* Bartolomei et sequentibns, fuit frigidum tempus subsolano inducente, ita quod magne pruine vise sunt super gramina et olera et glacies in quibusdam locis.

In Octobri et Novembri mensibus civitates et opida ad confederationem dictam *'der bundt' pertinentes* [c] obsederunt munitionem dictam 'borg Solmeß' et in tribus ebedomadis obtinuerunt et funditus destruxerunt [2]. Erat ipsa municio plano sita . ., fossatis aquosis et muris et firmo turri munita, et erat *Iohannis 'Springindasleben' comitis in Solmisse [d. 3]. *f. 128.

Eo tempore rex Wentzeslaus habuit parlamentum in Confluentia cum principibus et electoribus Alamanie [4].

Ad idem tempus [e] pessima liga dicta 'der bundt', predicto castro ut prescribitur subverso, in tantam superbiam elati, quod pro nichilo reputabant principes terrarum, barones et milites, animum suum convertit in clerum extirpandum,

a) *vocabulum in lacuna posui, sicut infra legitur.* b) situatū *c.* c) *lacunam suppl. cum W.* d) Saltzmisse *c.* e) prius *c., corr. cum G. W.*

1) *Nomina decem a Clemente VII. creatorum cardinalium indicata sunt in Vita huius papae p.* 509. 2) *Cf. Chron. Limb. c.* 129. 3) *V. supra p.* 43. 4) *A.* 1384, *m. Dec. 'D. Reichstagsacten' I, p.* 427.

infringentes omnes libertates ecclesiasticas in Maguncia. Sub magnis penis inhibuerunt omnibus suis concivibus, scilicet[a] viniscrotariis et multis aliis opificibus, ut nullus auderet laborare clericis; et propter hoc fuit cessatum in Maguncia a divinis per multos annos, quod cives minime curabant, ymmo deridebant, quia pullulabant[b] *in heresi**.

1385. Anno Domini 1380. quinto, indictione octava, pontificatus
Ian. 4. Urbani sexti anno septimo, in die octava Innocentum nocte
sequenti vise sunt multe choruscationes in aere, et post quamlibet choruscationem sequebatur impetus maximi ventus ad morem tonitrui cum magnis pluviis, et idem austerus ventus duravit[c] per totam diem sequentem, videlicet vigiliam
Ian. 5. epiphanie Domini, et fuerunt inundationes aquarum magne,
et hyems valde lenis fuit.

Cives Wormatien*ses* maximam violenciam intulerunt clero et inter cetera mala absecarunt[d] eis in curiis et domibus eorum omnem structuram *preeminentem*[e] super plateas et
**f. 128'.* angulos platearum. Tunc clerus recessit *a civitate, relinquens
vanas omnes suas possessiones.

Eo tempore Urbanus papa cepit sex de suis cardinalibus, quos in eculeo tormentavit[1], imponens ipsis, quod se volebant tradidisse suis inimicis, duxitque ipsos cardinales in vinculis usque Ianuam maris, ubi postmodum tenuit curiam suam, postquam liberatus[f] fuit de obsidione, qua vallatus fuit in castro Lucerie, Karolo de Patz ipsum obsidente et ne aufugeret cautius custodiente. Ipse Urbanus privavit Pileum qui Alaman. . . .[2]

In estate sequente Adolffus archiepiscopus cum Ottone duce Saxonie et multorum aliorum principum et baronum *exercitu*[g] intravit terram Hassie[3] contra Hermannum langgravium et obsedit opidum Cassel; et cum ibidem propter firmitatem trium opidorum Casslen*sium* non proficeret, circumvallavit archiepiscopus opidum Ymenhu*sen*. Opidani et quidam

*) *In Chron. Wormat. (f.* 41 *codicis nostri) et in fragmento apud Buderum post* pollulabant in heresi *sequitur articulorum haereticorum brevis expositio, quae in Chronico nostro f.* 134 *legitur.*

a) *sic scripturam ineptam cod.* saltz *bene em. W.* b) pollulabat *c.*, in haer. *suppl. ex Chr. Worm.* c) durañ *c.* d) abserrarunt *est error Buderi in excerpto suo.* e) *suppl. ex Chr. Worm.* f) libertus *c.* g) *suppl.; c. sine lacuna.*

1) *Cf. Koenigshofen p.* 598. *et Gregorovius l. c. VI, p.* 518. 521. 2) *Vide supra p.* 44 *sq.* 3) *Cf. Chron. Limb. c.* 134. *et Rommel, 'Gesch. v. Hessen' II, p.* 216, *de bello in Hassia a.* 1385, *m. Iunio gesto. Chron. nostrum fusius de ea re narrat.*

nobiles[a] et multi rusticorum viriliter se defenderunt et multa incommoda inimicis intulerunt. Tunc dux predictus iaculis igneis in opidum missis, totaliter opidum combustum est, et perierunt in eo circa quinque milia hominum, et pauci evaserunt. Tunc langgravius, timens similem cladem aliis suis opidis inminere, ad gratiam archiepiscopi et ducis se dedit pro solucione 20 milia florenorum pro expensis archiepiscopo, et suscepit feudalia ab archiepiscopo et homagium sibi prestitit. Et sic recesserunt ab eo, prius positis in pignus tribus *opidis*[b] *et castris*[1].

*Item anno predicto 85.[c] dominus Adolfus archiepiscopus *f. 129.
predictus recepit opida et castra Wolffhain, Grebenstein[d] et Ymenhus*en*, quia langgravius sibi non solvit pecuniam promissam, ut premittitur.

Eo tempore dux Austrie[2] diffidavit confederationem dictam 'bundt', que conglobata magnum duci intulit dampnum.

Anno Domini millesimo 386, indictione nona, pontificatus Urbani anno 8, de mense Marcii, cum cives Wormacien*ses* citati et sepius evocati ad tribunal regis Romanorum per clerum Wormac*iensem* propter magnam violenciam quam cives intulerant clero, ipsique cives in sua rebellione persistentes noluerunt comparere nec se defendere, confidentes[e] de confederacione 'bundt': et sic cives sentencia regali fuerunt proscripti et condemnati in mille marcas auri[3]. Cumque litere regales essent publicate super huiusmodi proscriptione, cives inter alia mala et insolencias clero factas quodam mane* cum vexillis et armis de portis eruperunt[f], cum maximo insultu irruerunt et invaserunt opidum et emunitatem ecclesie sancti Ciriaci** in Nuhausen, omnesque clericos quos ibidem invenerunt[g] male tractando, vulnerando, percutiendo captivarunt, et omnibus eorum substanciis ablatis, captivos secum ad civitatem viriliter traxerunt turribusque*** manciparunt, quorum

*) *Hic in Chron. Wormat. (f. 41'. codicis) dies his verbis indicatus est:* mane, scilicet prima die Marcii, que fuit quinta feria ante Esto mihi anni 1386; *male apud Buderum et Boehmer legitur* sexta feria.
**) prope et extra Wormatiam *add. Chron. Wormat.*
***) turribus furum *ib.*

a) nobilis *c.* b) *suppl. ex verbis sequentibus.* c) LXXXVI *c.* d) Gebenstein *c.* e) confidenter *c.* f) eruperint *c.* g) invenerint *c.*

1) *Pacto a.* 1385, *m. Iul.* 22, *facto landgravius Hermannus archiepiscopo castra et urbes Wolfhain (Wolfhagen), Grebenstein et Immenhausen pignori dedit pro debito* 20000 *flor. V. Guden. III, p.* 572. 2) *Leopoldus.* 3) [illegible]*ntiam iudicis imperialis de actione ecclesiae Wormat. contra civita*[illegible]86, *Ian.* 29, *ap. Schannat, Hist. episcop. Worm. II, p.* 196.

circa 32 de prelatis, canonicis et aliis presbyteris et clericis in numero fuerunt. Postea cottidie[a] cum magna cohorte armatorum in campis, villis et opidis clericos quesierunt et de munitionibus poposcerunt[b], quotquod habere poterant tanquam malefactores Wormac*iam* deduxerunt, promittentes
*f. 129'. se pecuniam daturos *rusticis et aliis quibuslibet garcionibus qui clericos captivos adducerent[1]. Longum esset scribere Worm*atiensium* temerarios ausus et insolencias quas perpetrant, eciam aput Sarracenos inauditas[c].

Maguntin*enses* huiusmodi eorum pessima opera iustificabant et quantum poterant necessaria et subsidia ministrabant. Unde maior pars canonicorum Mag*untinorum* se a civitate traxerunt, ad alia loca habitaturi. Alii clerici Magunciam cum magno timore habitantes, stantes in procinctu, quod Magun*tinenses*[d] eadem facerent eis que Wormacie*nses*[d] fecerunt suis*. Et ad hoc vulgus anhelando aspirabat, sperans se spolia clericorum arripere, peiores Arrianis. Sic olim eorum parentes tempore beati Albani fuerunt![2]

Mai. 12. Sabbato ante dominicam Iubilate dominus Adolfus archiepiscopus fecit compositionem inter clerum et cives Maguntin*ensis* et restituit dominis in civitate commoran*tibus* multis diebus in civitate . .

*) *Chron. Wormat. plura adiecit, quae ex codice nostro f.* 42. *promo:* sicuti et Wormacienses fecerunt. Et propter illud nephandum opus Wormacienses iterum interdicto suppositi sunt et excommunicati tam a domino Urbano secundo [?] papa, quam a Wentzelao rege Romanorum. Tandem per illustrissimum ducem Bavarie Rupertum iuniorem et comitem Henricum de Spanheim vilis compositio inter clerum et cives Worm*acienses* facta est, vix durans ad decem annos. Et sic pace facta Nuhusa recuperata est. Continet autem illius compositionis litera hec in se: quod sacerdotes vinum vendere possunt in civitate antiqua mensura sua, quod de suis habent beneficiis vel bonis paternis, per septem septimanas incipiendo a festo pasche. Sed postea in minori licet eis vendere mensuram; de quo tamen facient sicut cives ipsi facere solent, inter se tamen propinare possunt sed non vendere etc. Item quod sacerdotes pro absolutione civium Wormacien*sium* et civitatis laborent.
Iun. 25. Actum anno Domini 1386, in crastino nativitatis sancti Iohannis baptiste. *Eadem in fragmento inscripto* Acta antiqua *ipsius codicis f.* 198'. *verbis paululum discrepantibus (ex. gr. recte* Urbano papa VI. *pro* U. secundo) *repetita sunt. Cf. praefationem.*

a) coelidie *c.* b) poposcuerunt *c.* c) inauditos *c.* d) Magunci, Wormacie *c.*

1) *Cf. excommunicationis bullam Urbani VI. contra senatum et cives Wormatienses de a.* 1386, *Mai.* 4. *Schannat l. c. p.* 197. 2) *Secundum legendam S. Albani, Ioannis I, p.* 147.

Postea compositio vilis facta est inter clerum et cives Wormacien*ses* ad sex annos[1]. Tunc idem clerus propter civium importunam rebellionem passus est magnam iacturam iurium et libertatum suarum[a].

Postea in Iulio mense, habitis multis conflictis et dissensionibus inter ducem Lupoldum Austrie magnanimum, iuvenem prudentissimum et deificum principem, et efferam gentem suam dictos 'die Schwytzer', montales et bestiales homines sine domino, *quodam die, suis in fugam *conversis*[b] ipso *f. 130.
manente, super ipsum[c] irruerunt et crudeliter cum multis comitibus, baronibus, terrarum dominis et militibus, videlicet ad ducentos barones, milites et armigeros, occiderunt nulli parcendo[2]. Cuius principis memoria est immortalis, qui similis Iude Machabeo pro sua gente et iusticia occubuit. Non fuit tunc temporis ei similis in virtutibus et nobilitate morum in omnibus principibus Alamanie; ipse inter iustos Deo placentes estimabitur. Maledicta gens que perdidit iustum!

Item in messe saccus avene solvebat 8 sol. ad minus, maldrum siliginis 10 sol. hellen.

In autumpno tanta crevit copia vini, quod homines vasa habere non poterant, et multa vina propter carentiam vasorum perierunt; sed vetus vinum, si inveniebatur, melius fuit: pro 12 antiquis hall. mensura emebatur. Novum vinum dabatur una mensura quae dicitur Maguncie 'eyn zweymaß' pro 1 hall., vas plaustrum tenens pro tribus florenis[3].

Item papa Urbanus petivit decimam decimarum ad tres annos, et nichil sequebatur, quia clerus clam preparavit se ad contradictionem.

In hoc autumpno 30 plaustra vini dabantur pro uno flor. auri, qui valuit 18 solidos antiquorum hallen*sium*, in quadam villa Karlstadt Frankonie. Et hoc ita contigit, ut sequitur: quidam dives dominus habens multas vineas de botris prematurescentibus et putrescentibus *collectis omnia *f. 130'.
sua vasa et dolia *implevit*[d], bonis et recentibus botris adhuc in vitibus remanentibus; cum autem vasa non haberet, voluit vina collecta in terram profundere; sed quidam suus amicus hoc sibi dissuasit[e]. Tunc ille dixit: 'Oportet me habere vasa; si vis, habeas tibi gratis vina collecta'. Dedit sibi unum

a) suorum c. b) *sic lacunam explevi cum W.* c) ipsius c. d) *deest c., lacuna non indicata.* e) disuasit c.

1) *V. compositionem inter episcopum Eckhardum et civitatem per palatinum Rupertum factam a.* 1386, *Iun.* 25, *ap. Schannat l. c. p.* 199. 2) *Chron. Limb. c.* 139. *Proelium apud Sempach a.* 1386, *Iul.* 9. 3) *In Chron. Limb. c.* 141. *eadem abundantia et vilitas vini ad a.* 1387. *refertur.*

florenum et recepit vina in vasis suis propriis et abduxit usque ad triginta plaustra vini.

In diebus illis detentus et captus in Traiecto quidam prevaricator, qui de ordine dicebatur esse Minorum fratrum[1]. Hic falso usurpavit sibi titulum episcopi titularis, et scribebat se Iacobum[a] episcopum Lavacensem[2]; qui ordinavit ad omnes diversos ordines minores et maiores plus quam tria milia clericorum; consecravit vel pocius prophanavit[b] multas ecclesias, capellas, altaria et ornamenta ecclesiastica, et tandem comperta veritate, nullam habuit consecrationem, sed per falsas literas titulum sortitus est episcopalem; unde omnes sub eo ordinati a susceptis ab eo ordinibus suspensi, donec de novo ordinati sunt.

Anno Domini millesimo tricentesimo 87. in estate iterum Adolfus archiepiscopus cum marchionibus Misnen*sibus* et duce Saxonie intravit terram Hassie, quia langgravius irritum tenuit quicquid antea promisit[3]. Et archiepiscopus cum suis auxiliariis expugnavit opidum Rodenburg cum suo castro firmissimo, item opidum Melsungen, item opidum Gudesberg, *f. 131. quod omnino fuit combustum murisque subversis, *item opidum Nydensteyn, item castrum Falckenstein prope dictum opidum; eciam obsessum fuit opidum Cassel, sed non expugnatum. Et tandem treugis factis et datis obsidibus, recesserunt ad sua, retentis scilicet archiepiscopus in sua potestate opidis expugnatis in hoc anno.

In autumpno crevit paucitas vini amari, quia non poterat maturescere propter tempus pluviosum et frigidum, quod per totam estatem precedentem durabat, et nisi vinum vetus de precedenti anno ministrasset et in subsidium venisset, non fuisset ulla consolacio in vino novo propter eius amaritudinem et paucitatem.

Eo tempore Urbanus sextus misit quendam de suis cardinalibus ad partes Alamanie, qui habitaculum tenuit in Wormacia, et fuit titulus eius Philippus de Alanconia, episcopus Hostien*sis*, patriarcha Aquileyen*sis*, cardinalis apostolice sedis nuncius[4].

Anno 88, indictione undecima, per totum annum fuerunt

a) Iacobum *bis c.* b) prophetavit *c.*

1) *Cf. Chron. Limb. c.* 140. *Iacobus Minorita de Brabantia secundum Magn. chron. Belg. die* 30. *Sept.* 1392. *Ultraiecti morte multatus est.* *WYSS.* 2) *Suffraganeus archiepiscopatus Neopatrensis.* 3) *Bellum in Hassia a.* 1387, *m. Aug. et Sept. Cf. Chron. Limb. c.* 137. *et Rommel II, p.* 221. 4) *Raynaldi Ann. XVII, p.* 40: Philippus de Alenconio de stirpe regum Francorum genitus, patriarcha Hierosolymitanus, postea episcopus Sabinus et demum Ostiensis et Velletrensis.

tempora bona, sed pessimi insultus gwerrarum in Alamania inter Switen*ses* et duces Austrie, duces Bavarie, dominos de Wirtenberg et eorum auxiliarios et civitates de 'bunde'; inter regem Francie, Brabantinos et duces Iuliac*i* et Geldrie[1]. Rex Francié invasit terram dictorum . . cum . . equitum, cum curribus et bigis, habuit in exercitu suo sedecim milia militum et armigerorum, qui erant amicti sindo[a] et . . preciosis[b] vestimentis et ornati balteis aureis et argenteis, *devastantes terram dictorum ducum. Tandem dicti duces ad graciam suam, scilicet regis, se contulerunt, et homagium sibi . . prestitum. Et sic recessit ab eis, datis muneribus. *f. 181'.

In illo tempore ortus est lamentabilis gwerrarum insultus inter duces Bavarie et confederationem et opida de liga, qui invicem cottidianas exercebant invasiones, incendendo et destruendo omnes villas et loca non murata in Bavaria, in Suevia hinc inde et in partibus Rheni, unde nemo audebat ambulare in istis partibus per viam. Una die[c] ipsi opidani de Suevia cum tota sua conglobatione de Eßlingen exierunt, volentes destruere et predare quoddam firmum *opidum*[d] prope Wilre[2]. Tunc in huiusmodi suo exercitu obviaverunt eis exercitus dominorum de Wirtenberg et ducum Bavarie cum eorum auxiliariis, qui pauci erant respectu opidanorum; tamen invaserunt eos et diviserunt *exercitum*[d] eorum cum magno labore et captivaverunt eos, scilicet quantum poterant de militibus et armigeris, multos vero de opidanis, scilicet ad mille 500, et amplius de rusticis interfecerunt eos iugulando, captivos autem magnis cruciatibus, exactionibus et taliis punierunt. Sequitur exiciosa et cottidiana gwerrarum materia; exuste sunt omnes curtes et edificia civitatum et opidorum in rure . . , et pauperes vim paciebantur.

Postea satellites mercenarii civitatum et opidorum 'der bundt', scilicet Swevia, Argentin*enses*, Spira, Wormacia, *Maguntin*enses* cum tota sua cohorte ac totis viribus se conglobantes, pertransierunt terras ducum Bavar*ie*, comitum palatinorum, marchionum de Baden et comitum Wirtenberg, et omnes eorum villas conbusserunt, homines ceperunt et fugarunt, tamen eorum munitionibus modicum nocuerunt. In hiis omnibus Adolfus Mag*untinus* archiepiscopus dissimulando *f. 182.

a) sido *c.* b) pretensis *c., corr. cum W.* c) diei *c.* d) *in lac. suppl.*

1) *De bello Karoli VI. regis cum duobus Guilelmis, patre et filio, ducibus Iuliaci et Geldriae cf. Chron. Limb. c.* 150. *et Koenigshofen p.* 843.
2) *Doeffingen prope Weil, ubi civitates foederatae contra comitem Eberhardum et filium Ulricum dimicarunt et cladem acceperunt, sed Ulricus cecidit.*

et alii episcopi supersederunt, videntes finem sive expectantes.

In autumpno Urbanus papa reversus est Romam et ibi tenuit curiam suam, legato eius, videlicet Philippo de Aleconia, in Alamania vagante[1].

Switenses homines bestiales et indomiti propriis utentes temeritatibus, clerum suum maximis multaverunt[a] exactionibus, crudelius quam pagani[b] eis usi sunt.

Nov. 6. *Feria sexta ante festum beati Martini[c], cum iterum liga civitatum dicta 'der bundt' cum totis viribus se collegissent et invaderent terram Ruperti minoris ducis in Altzeya, idem dux cum sua cohorte invasit eos et plurimos de conducto[d] exercitu ipsorum cum eorum capitaneis et multis civibus Maguntinis, Wormaciensibus et de Franckford*ia* captivavit et duxit secum in Altzeiam et eos copiose exactionavit, garciones cum ipsis currentes combussit igni in quodam fornace calcis; multi eciam illorum fugiendo evaserunt. Captivorum militum armigerorum et opidanorum ac civium fuit 320 et circa[2].

*f. 132'. Nov. 9. *Feria secunda sequenti duces Bavarie cum 50 lanceatis per totum diem residentes ante civitatem Maguntin*am*, combusserunt omnes villas circumsitas, scilicet Hexheim, Britzenheim[3] etc., nullo defendente.

Dec. 23. Item feria quarta ante nativitatem Christi duces Bavarie cum magno exercitu fuerunt ante civitatem Magun*tinam*, combusserunt villas Badenheim et Lubenheim[4], et quanta dampna potuerunt[e] intulerunt civibus Maguntinensibus, nullo resistente. Eadem faciebant Worm*aciensibus*, Spiren*sibus* et Franckforden*sibus* et aliis civitatibus et opidis ad dictum 'bundt' spectantibus, que se nullatenus defendere potuerunt[e].

Apr. 30. Anno 89. sexta post Quasimodogeniti duces Bavarie resederunt ante civitatem Maguntinam destruendo, comburendo

*) *Chron. Wormat. (cod. f.* 42.*) pro sequenti narratione aliam ex Koenigshofen p.* 844. 845. *recepit. V. hanc apud Böhmer, Fontes IV, p.* 381: Anno autem 1388, feria sexta ante Martini civitates confederate *etc., et cf. praefationem nostram.*

a) multavit *c.* b) paganis *c.* c) Marci *c.* d) conductu *c.* e) poterunt *c.*

1) *Urbanus VI. m. Sept. a.* 1388. *Ianua Romam rediit. Gregorovius l. c. VI, p.* 525. 2) *Chron. Limb. c.* 146: unde worfen den bunt nider bi Bockenhem *(prope Grünstadt)* unde irslugen unde fingen der bi virhondert unde worfen der bloßen buben funfzig in den kalkoben und vurbranten di zu pulver. 3) *Hechtsheim, Bretzenheim prope Maguntia* 4) *Bodenheim, Laubenheim ad Rhenum.*

omnia que fuerunt civium, sicut perendine[1] fuerunt ante Spiram et . . ante Argentinam cum 800 lanceatis et ante Worm*aciam*. Et nullus erat ausus egredi[a] suburbana seu menia earundem civitatum, et iidem civitatenses nichil fecerunt neque facere valuerunt, sed vim et pudorem paciebantur qui prius presumebant suppeditare*.

In diebus illis in multis partibus Alamanie circa Rhenum regie et publice strate in tantum deserte sunt, quod gramina in eis creverunt qualia in bonis pratis.

Hyemps istius anni duravit usque ad medium mensem Aprilis.

Feria sexta post dominicam Iubilate[2] opidani Franck- *Mai. 14.*
forden*ses* cum armis[b], curribus et equitibus et totis *viribus **f. 133.*
egressi, quoddam nemus dominorum de Cronberg destruxerunt absecando et decorticando arbores quantum potuerunt[c], tardantes usque ad vesperas. Interim domini de Cronberg congregati cum exercitu ducis Bavarie, duabus aciebus ante et retro, vix habentes trecentos equites, invaserunt eos prope villam Prumenheim[3], curribus Franckforden*sium* in fugam conversis, ceteri fugierunt; illi autem invaluerunt. Et de opidanis 714 captivarunt et multos occiderunt, habentes 914 et . .[d] pantzeria de captivis et occisis pro vendicatione, id est 'butunge'. Franckefort*enses* captivarunt dominum de Bickenbach . . de Buchis et quosdam alios, ut dicitur circa 10 milites et armigeros; quia in primo impetu pugne prevaluerunt, sed in fine omnino succubuerunt, quia stante . . vexillo eorum fugierunt.

Infra predicta tempora principes et civitates multa dampna invicem fecerunt; sed tamen civitates multa maiora perpessi sunt in absecatione vinearum, sulcatione pratorum et conculcatione segetum, combustione prediorum et turrium.

Postea circa pentecosten cum civitatenses maximas ex- *Iun. 6.*

*) *In Chron. Wormat. f.* 42'. *legitur:* qui prius magna arrogancia omnia superruere presumebant.

a) fuit *c. add. inepte.* b) *W. corr.* armatis *fortasse recte, scil. stipendiariis; cf. quod infra f.* 143' *in fine de exercitu Herbipolensium legitur.* c) poterunt *c.* d) et cur *c., W. proposuit* et circa, *cui non assentior.*

1) *I. e. perendinantes sive morantes. V. exempla apud Du Cange et Dieffenbach Gloss.* 2) *Id est dies* 14. *Maii, recte; cf. Chron. Limb. c.* 147, *cum Wyssii adnot. et Koenigshofen p.* 850. *Indicatio Ulmanni Stromer in 'Städtechron. Nürnb.' I, p.* 45: am Freitag, die 15. Mai, *consenti*[illegible]*eris, qui tamen non* 15, *sed* 14. *Maii erat.* 3) *Pr*[illegible] *Francofurto versus Cronberg.*

posuissent *pecunias*[a] circa conductum exercitum et alia[b] maxima dampna incurrissent, quia nichil utile egerunt, sed ubique viliter succumbebant[1], domin*i* Adolfus archiepiscopus Mag*untinus* et episcopus Bamberg*ensis* necnon magister milicie hospitalis sancte *Marie*[a] Theutonicorum qui dicebatur[c] Iohannes de . . se interposuerunt et pacem fecerunt[2]; et civitates diversas magnas summas pecuniarum solverunt principibus pro dampnis villanis ipsorum illatis[d]; et rubore[e] *f. 139'.* pudorum magis quam expositione *pecuniarum attediati sunt. Tunc omnino conspiracio eorum, scilicet 'der bunt', annichilata est, et ad omnem voluntatem principum facta est compositio et pax predicta. Predicta liga habuit de armigeris equitibus bonis bellatoribus mille ducentos, lanceas sive cuspides, excepto vulgo innumerabili civium mechanicorum et rusticorum armatorum, et tamen nichil profecerunt et ubique hostibus terga dederunt.

In liga erant civitates Ratispona, Nurenberg, 36 opida Suevie, scilicet Augspurg, Ulm, Dinckelspûhel etc.; super Renum Basilea, Argentina, Spira, Wormacia, Maguncia; in Wederabia Franckfort, Frydberg, Wepflar, Geilnhusen; in Franckonia Rotenburg, et alia multa opida et civitates et barones, nobiles, milites et armigeri, scilicet Iohannes comes de Nassaw alias de Dilnberg, Rupertus comes de Nassaw et plures alii. Tedet me omnia scribere.

In diebus illis Philippus de Alenconia cardinalis[3] intravit Maguncia*m* et fuit honorifice susceptus a clero et populo, ipso tamen hoc petente. Ipse contulit omnia beneficia vacancia.

In diebus illis rex Franckorum . . . toto regno suo omnes fratres sancti Dominici de ordine Predicatorum[4] . . .

Tunc maximus thesaurus Rome est inventus qui fuerat Iulii Cesaris quondam, extendens se ad 400 milium milia flor. et ultra.

a) *deest c., suppl. ex Chr. Wormat.* b) *alias c.* c) *dicebantur c.* d) *illationes c.* e) *robore c.*

1) *Chron. Limb. c.* 148: Also wart der bunt umbgeworfen als ein bunt strowes. 2) *Cf. pactum reconciliationis die* 3. *Iun. a.* 1389. *factum per archiepiscopum Adolfum et Lampertum episcopum Bambergensem et Sifridum de Veningen magistrum ordinis Theutonicorum, 'D. Reichstagsacten II, p.* 220. *Chron. Wormat. cum nostro erravit in nomine magistri, quem* Iohannem Veningen *appellat.* 3) *Vide supra p.* 58. 60. 4) *Persecutio ordinis S. Dominici per Karolum VI. et universitatem litterariam Parisiensem, quia doctrinam de immaculata conceptione S. Mariae, quam ordo S. Francisci tenebat, ille respuebat. Cf. Martin, 'Hist. de France' V, p.* 425.

Item idem rex Francie in Augusto celebravit magnam *solennitatem cum multis principibus et nobilibus terrarum *f. 134.
christianitatis et duxit ad domum suam uxorem suam, filiam Stephani ducis Bavarie[1].

In diebus illis in mense Septembri deprehensa est heresis maxima contra[a] fidem christianam, que habuit 18 articulos omnino contra fidem catholicam latrantes, et in civitate Maguntinensi circumquaque multi erant infecti tali heresi*. Habuerunt in Maguncia propriam domum dictam Spiegelberg, in qua habebant conventicula sua. Inter cetera mala menciebantur, quod nullus presbyterorum posset conficere corpus Christi, sed solum coniugati viri in secta ipsorum possent hoc facere. Item prohibebant dici Ave Maria et simbolum apostolorum et multa alia figmenta, que longum esset narrare[2].
In crastino Clementis iudicati sunt** per inquisitorem heretice Nov. 24.
pravitatis et multos alios magistros et multos peritos Sacre Scripture, et imposite sunt eis cruces glauci coloris et assute in humeris, quas[b] per multos dies portare iussi sunt; tumulati vero et defuncti exhumati sunt. Fuit numerus illorum in Maguncia qui remanserunt et penitenciam assumpserunt 18, exceptis aliis qui fugam dederunt, quorum multi adhuc latent.

In diebus illis venerunt nova, quod fratres ordinis de Sepulchro Domini regem Arabie cum auxilio gentis cuiusdam[c] Ruffi Iudei qui sunt eorum . . debellata . .[d] et multas civitates et opida acquisierunt de Arabia, interfectis multis . . 400000.

*Item in illis diebus erat iterum pestilencie epidimia in *f. 134'.
partibus Rheni, maxime in Pinguia et partibus circumsitis et Maguncia, et maxime infestabat iuventutem et infantes, et erat talis pestilencia in Franckonia et multis aliis terris.

Circa Omnium Sanctorum instetit hyemps cum magna Nov. 1.
acerbitate, nivibus et glacie, eciam inopinate durans ad festum nativitatis Christi.

*) *In margine manu B (Laurentii Truchsess) adnotatum est:* Lutherani, *et infra:* 1522. morbus invaluit.

**) *In margine eadem manu:* Vertitur orbis iter: o utinam Lutheranis simile eveniret! *Cf. praefationem nostram.*

a) *totam c.* b) *quos c.* c) *quedam c.* d) *debellata gimaret c.; forsan perdomuerunt W.*

1) *Coronatio Isabellae reginae in ecclesi[...] 1389, Aug. 22, celebrata est.* 2) *Alios articulos [...] tradit Chron. Limb. c. 149.*

posuissent *pecunias*[a] circa conductum exercitum et alia[b] maxima dampna incurrissent, quia nichil utile egerunt, sed ubique viliter succumbebant[1], domini Adolfus archiepiscopus Mag*untinus* et episcopus Bambergen*sis* necnon magister milicie hospitalis sancte *Marie*[a] Theutonicorum qui dicebatur[c] Iohannes de . . se interposuerunt et pacem fecerunt[2]; et civitates diversas magnas summas pecuniarum solverunt principibus pro dampnis villanis ipsorum illatis[d]; et rubore[e] *f. 133'. pudorum magis quam expositione *pecuniarum attediati sunt. Tunc omnino conspiracio eorum, scilicet 'der bunt', annichilata est, et ad omnem voluntatem principum facta est compositio et pax predicta. Predicta liga habuit de armigeris equitibus bonis bellatoribus mille ducentos, lanceas sive cuspides, excepto vulgo innumerabili civium mechanicorum et rusticorum armatorum, et tamen nichil profecerunt et ubique hostibus terga dederunt.

In liga erant civitates Ratispona, Nurenberg, 36 opida Suevie, scilicet Augspurg, Ulm, Dinckelspůhel etc.; super Renum Basilea, Argentina, Spira, Wormacia, Maguncia; in Wederabia Franckfort, Frydberg, Wepflar, Geilnhusen; in Franckonia Rotenburg, et alia multa opida et civitates et barones, nobiles, milites et armigeri, scilicet Iohannes comes de Nassaw alias de Dilnberg, Rupertus comes de Nassaw et plures alii. Tedet me omnia scribere.

In diebus illis Philippus de Alenconia cardinalis[3] intravit Mag*unciam* et fuit honorifice susceptus a clero et populo, ipso tamen hoc petente. Ipse contulit omnia beneficia vacancia.

In diebus illis rex Franckorum . . . toto regno suo omnes fratres sancti Dominici de ordine Predicatorum[4] . . .

Tunc maximus thesaurus Rome est inventus qui fuerat Iulii Cesaris quondam, extendens se ad 400 milium milia flor. et ultra.

a) *deest c., suppl. ex Chr. Wormat.* b) alias *c.* c) dicebantur *c.* d) illatione *c.* e) robore *c.*

1) *Chron. Limb. c.* 148: Also wart der bunt umbgeworfen als ein bunt strowes. 2) *Cf. pactum reconciliationis die* 3. *Iun. a.* 1389. *factum per archiepiscopum Adolfum et Lampertum episcopum Bambergensem et Sifridum de Veningen magistrum ordinis Theutonicorum. 'D. Reichstagsacten II, p.* 220. *Chron. Wormat. cum nostro erravit in nomine magistri, quem* Iohannem Feningen *appellat.* 3) *Vide supra p.* 58. 60. 4) *Persecutio ordinis S. Dominici per Karolum VI. et universitatem litterariam Parisiensem, quia doctrinam de immaculata conceptione S. Mariae, quam ordo S. Francisci tenebat, ille respuebat. Cf. Martin, 'Hist. de France' V, p.* 425.

Item idem rex Francie in Augusto celebravit magnam *solennitatem cum multis principibus et nobilibus terrarum *f. 134.
christianitatis et duxit ad domum suam uxorem suam, filiam Stephani ducis Bavarie [1].

In diebus illis in mense Septembri deprehensa est heresis maxima contra [a] fidem christianam, que habuit 18 articulos omnino contra fidem catholicam latrantes, et in civitate Maguntin*ensi* circumquaque multi erant infecti tali heresi*. Habuerunt in Maguncia propriam domum dictam Spiegelberg, in qua habebant conventicula sua. Inter cetera mala menciebantur, quod nullus presbyterorum posset conficere corpus Christi, sed solum coniugati viri in secta ipsorum possent hoc facere. Item prohibebant dici Ave Maria et simbolum apostolorum et multa alia figmenta, que longum esset narrare [2].
In crastino Clementis iudicati sunt** per inquisitorem heretice Nov. 24.
pravitatis et multos alios magistros et multos peritos Sacre Scripture, et imposite sunt eis cruces glauci coloris et assute in humeris, quas [b] per multos dies portare iussi sunt; tumulati vero et defuncti exhumati sunt. Fuit numerus illorum in Maguncia qui remanserunt et penitenciam assumpserunt 18, exceptis aliis qui fugam dederunt, quorum multi adhuc latent.

In diebus illis venerunt nova, quod fratres ordinis de Sepulchro Domini regem Arabie cum auxilio gentis cuiusdam [c] Ruffi Iudei qui sunt eorum . . debellata . . [d] et multas civitates et opida acquisierunt de Arabia, interfectis multis . . 400000.

*Item in illis diebus erat iterum pestilencie epidimia in *f. 134'.
partibus Rheni, maxime in Pinguia et partibus circumsitis et Mag*uncia*, et maxime infestabat iuventutem et infantes, et erat talis pestilencia in Franckonia et multis aliis terris.

Circa Omnium Sanctorum instetit hyemps cum magna Nov. 1.
acerbitate, nivibus et glacie, eciam inopinate durans ad festum nativitatis Christi.

*) *In margine manu B (Laurentii Truchsess) adnotatum est:* Lutherani, *et infra:* 1522. morbus invaluit.

**) *In margine eadem manu:* Vertitur orbis iter: o utinam Lutheranis simile eveniret! *Cf. praefationem nostram.*

a) totam *c.* b) quos *c.* c) quedam *c.* d) debellata ptmarũt *c., forsan* perdomuerunt *W.*

1) *Coronatio Isabellae reginae in ecclesia S. Dionysii a.* 1389, *Aug.* 22. *celebrata est.* 2) *Alios articulos haereticorum Moguntinorum tradit Chron. Limb. c.* 149.

Anno 89. moritur Urbanus sextus die 15. mensis Octobris in Urbe. Quo defuncto, Bonifacius nonus eligitur et in die Omnium Sanctorum coronatur in Urbe[1]. Ipse fecit insolitas et infinitas gracias, sed modicum pro pauperibus.

Eo tempore facta est effluencia magna aquarum propter nimiam nivem et pluviam frequentem.

1390. Item sexta die ante dominicam Exurge[2] obiit Adolfus de Nassaw archiepiscopus Maguntin*us*, vir magnanimus, religiosus et potens; rexit ecclesiam Moguntinam honorifice
Febr. 20. suis temporibus . . . Dominica Invocavit de Heilgenstadt, ubi decessit in partibus Hassie[a], adductus, cum magna sollennitate cleri et populi fuit sepultus in ecclesia Maguntin*ensi*.

Tunc vacabat sedes Mag*untina;* tunc iterum erecti sunt latrunculi de Ryfenberg[3] et alii filii Belial predantes et rapientes quicquid occurrebat eis.

**f.* 135. *Febr.* 27. *Postea ipsa dominica Reminiscere in quadragesima[b] capitulum ecclesie Moguntin*ensis,* quorum fuerunt tunc capitulares viginti octo, concorditer elegerunt Conradum de Winsberg, scolasticum dicte ecclesie, et infra missarum sollennia posuerunt eum super altare summum.

Postea infra quindenam post mortem Adolffi mortuus est Rupertus senior dux Bavarie qui dicebatur Rufus dux[4], vir prudentissimus et strenuus. Ipse rexit ducatum suum in magno honore et pace; suo consilio, opibus et sapiencia sopiti sunt illi ribaldi de civitatibus et opidis societatis dicte 'der bunt', potestate eorum ad nichilum redacta. In diebus senectutis sue viriliter restitit pessimis de confederatione 'bundt' dicta, qui si prosperati fuissent, totum ecclesiasticum ordinem, clerum et religiosos omnino conculcassent. Et ergo erit utique immortalis memoria eius in *benedictione*[c] apud Deum et homines.

Tunc etiam obiit dux Iuliac*ensis*[5].

a) *post* Hassie *verba superflua* ubi mortuus fuerat *c. delevi.* b) XL^ma *c.* c) *deest c., suppl. cum Schaab.*

1) *Dies obitus Urbani VI. recte se habet. Coronatio Bonifatii IX. secundum Theodericum de Niem facta est die S. Martini (*11. *Nov.). Raynaldi Ann. XVII, p.* 142. 2) *Auctor chronici pergit ad a.* 1390, *in quo dominica Exurge erat dies* 6. *Febr.; igitur sexta feria antea incidit in* 4. *Febr.; sed in epitaphio apud Ioannem I, p.* 700. *dies mortis Adolfi indicatus est* 6. *Febr. In laude archiepiscopi consentit Chron. Limb. c.* 106: unde regirte den stift zu Menze herlichen als ein kuner gedorstig furste. 3) *V. supra p.* 38 *sq.* 4) *Palatinus Rupertus I, cognominatus Rufus ('Brandetze' ap. 'Städtechron. Mainz' XVII, p.* 37*), obiit die* 16. *Febr. a.* 1390. *Etiam Chron. Limb. c.* 39. *eius laudes celebrat.* 5) *Guilelmus VI. obiit a.* 1393, *die* 13. *Dec.*

De anno iubileo[a, 1]. In diebus illis multi clerici et scolares pro gracia obtinenda, multi eciam vulgares persone de diversis mundi partibus propter annum iubileum, quem Urbanus sextus in hoc anno statuerat et abbreviaverat 10 annis, iste quoque Bonifacius nonus confirmaverat, pergebant Romam, et tunc Rome fuit tanta fames caristiarum, quod annone[b], que facit quantum robustus homo potest portare vi competentis incolumitatis[b], vendebatur 12 ducatis florenis auri. Tunc miseri Rome male habebant. Clemens Avinione presidens et sui cardinales *cum rege Francorum et multis *f. 135'. aliis regibus et principibus ipsis adherentibus omnia predicta Romanorum facta pro nichilo habebant, ymmo detestabantur et execrabantur.

Anno millesimo 390. ante festum nativitatis Christi per tres dies fuit ventus satis magnus, sed ipso die ante diluculum fuit ita validus, sicut in multis annis unquam aliquis fuit visus, et opinarem maior quam ille qui subvertit et deiecit turrim beate Marie virginis ad Gradus Maguntin*ensis*[2].

Anno predicto edictum exiit a rege Romanorum, quod omnes Iudei literas pignoracionis et omnia que a christianis, . .[c] status et condicionis existeret, reddere suis debitoribus deberent, quod anno eodem et in sequenti inmediate factum est, quamvis alique civitates libenter contradixissent, presertim civitates Renenses[3].

Anno millesimo 392. multitudo latronum tanta fuit circa partes Reni, quod nemo secure per distanciam dimidii miliaris ire audebat, ac eorundem per lapsum temporis in diversis locis sunt capti et rotati multi.

Predicto eciam anno tanta fuit copia frugum sicut aliqua hominum etas meminit, quamvis eciam tarde floruerint, et messis multum fuit serotina.

*Postea anno prescripto modicum crevit de acerbo et *f. 136. amaro vino, quia ante festum Michaelis quoddam primum fuit frigus suffocans[d], nec maturescere potuit anno eodem propter ipsius tarditatem. Post quindenam iterum venit quoddam aliud frigus magis universale, interimens et destruens quasi

a) *verba* de anno iubileo *eodem versu cum praecedentibus coniuncta sunt, sed inscriptionem sequentis narrationis esse apparet.* b) quod . . Rome que facit quantum robustus homo potest portare vis competenter incolumitat *c.; verba inepta emendavi.* c) *G. W. coni.* acceperunt, cuiuscumque. d) suffocavit *c., corr. cum G. W.*

1) *De iubilaeo a.* 1390. *v. Raynaldi Ann.*, *XVII*, *p.* 146. 2) *Anno* 1367. *V. s* [illegible] 3) *Cf. Chron. Limb. c.* 162. *'Städtechr. (Nürnb.)'* I [illegible] 4.' *II*, *p.* 282. *De contradicentibus civitatibus alia* [illegible]

in tota Alamania et congelans botros; et ubi primo bona spes de vino fuit, postremo quasi nulla subsecuta est. Illa enim sterilitas in Swevia, Francia et circa partes Rheni ubique dampna inestimabilia hominibus intulit[1].

1393. Anno etc. nonagesimo tercio estas multum sicca, ita quod molendo fuit multum carum et, nisi ripa notabiliter fuerit magna, aqua caruit, et Rhenus tam exiguus extitit, quod in medio Rheni circa cloacam magis siccus partim hominibus transitus patuit.

Eodem anno quasi nullum Maguncie compositum[2] crevit propter nimiam siccitatem et propter erucas ipsum corrodentes.

Aug. 15. Eodem eciam anno post festum assumptionis Marie de consensu regis Romanorum principes et civitates castrum Hatzstein secunda vice obsiderunt[3]; de qua profectum et honorem modicum reportarunt; nam plus, ymo in decuplo maiora amicis quam inimicis dampna intulerunt, et castro relicto omnes ad sua redierunt.

Tempore vero sequenti in autumpno bona vina, quamvis pauca, creverunt.

Anno prescripto in estate infinitus paganorum numerus regnum Ungarorum potenter invasit. Rex enim Ungariorum Sygesmundus nequaquam ipsis resistere potuit.

**f.* 136'. *Nov.* 27. *Item anno prenotato tercia die ante Andree apostoli tanta nix cecidit, quod homines ambulare non poterant et quam plures hic in partibus in ea mortui sunt inventi. Item

Dec. 6. circa festum Nicolai episcopi et per tres dies expost tam magnum erat frigus, quod Rhenus congelabatur[a], et ante civitatem Maguntinam vix stetit per tres dies, et in frigore et nive prefatis in circumvicinis locis multi morte sunt preventi; eciam nive resoluta multi homines mortui inventi sunt[4].

Eodem tempore et anno dominus Conradus de Winßberg archiepiscopus Moguntinus exaccionavit clerum, quem dare oportuit sex procurationes, pro quibus dabantur tria subsidia maiora, per tres annos quodlibet anno unum.

1394. *Jun.* 7. Item anno etc. nonagesimo quarto circa festum pente-

a) congelebatur c.

1) *Chron. Limb. c.* 166: Item da man schreip 1392 jar, da was wines gnuch an den stocken unde qwam ein groß rif unde frost uf sente Matheus dag ewangelisten (21. *Sept.*) in dem herbeste unde zuschen dem selben dage bit uf sente Michahelis dag *etc.* 2) *Compositum, germ. Kompost (Sauerkraut), Chraut, Kappis (weißer Kopfkohl)', v.* [...] *bach, Glossar s. v.* 3) *Cf. Chron. Limb. c.* 169. *et supra p.* 44. [...] *Chron. Limb. c.* 166: . . . also daz vil lude, di ober felt solden wa[...] in dem snie vurdorben unde worden fonden, da der snie vurr[...]

costes rex Romanorum et Bohemorum Wentzißlaus in regno suo proprio a suis subditis et consanguineis fuit captus et detentus et aliunde deductus[1]; quapropter multi cives Pragenses perierunt, nam traditionem ipsis inpingebat.

Anno iam dicto in vigilia sancti Laurencii martyris ma- *Aug. 9.*
cella inferiora Maguncie cum aliquibus aliis domibus funditus sunt combusta.

Anno prenotato ipso die sancti Bartolomei apostoli Con- *Aug. 24.*
radus de Winßberg archiepiscopus Maguntinus per clerum et cives Maguntinos honorifice est susceptus.

1395.
Anno etc. nonagesimo quinto in estate circa festum pen- *Mai. 30.*
tecosten grando ita universalis in multis locis *venit, sicut **f. 137.*
nostris temporibus aliqua meminit etas[2]; nam uno et eodem die eadem fuit in Confluencia, in Wesalia, ubi penitus omnes palmites vinearum . . in Ringkavia tribus vel quatuor villis in rure Maguntino, videlicet Gugenheim, Sawelnheim, Werstadt, Heysinheim[3] et in multis villis circumvicinis, item ultra Rhenum in . . . in Kamberg[4] et quamlibet aliis pluribus locis, que omnia ad plenum scribere nequeo, et cunctas segetes prostravit. Et in valle apud castrum Weltirsberg[5] tanta inundacio aquarum extitit, quod pastor vaccarum cum multis vaccis interiit[a]. Estimo enim, quod causa alia non fuerit rei prescripte nisi vita hominum . . perversa et superbia priscis temporibus invisa. Item die prescripto a grandine et tempestate hinc inde multi homines mortui sunt, et turris firmissima apud Sanctum Goarem destructa est.

Anno prescripto ipso die inventionis sancti Steffani *Aug. 3.*
martyris iterum ex permissione divina quidam torrens circa completorium venit et multas domos et horrea in villa Hexheim et in Zalbach[6] cum blado deduxit, ita quod in eisdem nichil nisi fundus mansit. In eodem torrente homines quam plures, equi, asini, vacce, porci, pulli et multorum aliorum animalium genera perierunt. Et eadem aqua inestimabile[b] dampnum monialibus in Dalen[7] intulerat et sculteti de Oppenheym ortum partim eciam destruxit.

Item anno prenominato, videlicet 95, clerus Franckfordensis pro libertate sua ecclesiastica per multa tempora
amissa[c] *ante festum assumpcionis gloriose virginis Marie **f. 137. Aug. 15.*

a) interiis c. b) inestimabilem c. c) ammissa c.

1) *Wenceslai captivitas inde ab die 8. m. Maii usque ad ineuntem m. Aug. duravit.* 2) *Cf. Chron. Limb. c. 182.* 3) *Vici in Hassia Rhe-[...]ne Heidesheim ad Rhenum.* 4) *Urbs in Nas-[...]* [...] *Weltersburg in regione Wiesbadensi.* 6) *Hechts-[...]* *Moguntiam.* 7) *Monasterium Dalheim apud*

totaliter exierunt, et brevi in tempore, videlicet ante festum Michaelis, triumpho sollenni de Dei adiutorio potitus[a], cum omni gaudio reintravit.

Item anno eodem societas quedam perversa, que 'die Slegel' dicebantur Theutonice, exorta est, in qua nisi milites et armigeri, id est 'armengir', fuerunt, et civitas Wormaciensis eciam in eadem erat propter defensionem[1]. Et iidem fecerunt sibi reges, quorum unus fuit Eckardus de Elckirhusen miles, Henselinus dictus Streyff et quam plures alii, et omnino contra principes electores imperii Romani, necnon contra comites, barones et civitates aliquas. Et quomodo illud violentum terminetur, Domino volente, postea scribam, quia dicitur [secundo Celi et mundi[b]]: *nullum violentum perpetuum*[2].

Item dominus de Wirtenberg primitus conspirationem predictorum armigerorum[c] et militum destruxit; nam in Suevia illorum quam plures cepit, inter quos illi ribaldi, ut dicebatur, tres reges nomine et non re habuerunt[3]; quorum regnum malum et scandalosum recepit finem, similiter et omnium aliorum suorum sociorum, quia nolle velle oportuit eos suum intentum cum pudore et magno scandalo dimittere.

1396. *Aug.* 10. Anno 96. ipso die sancti Laurencii martyris cum dominus dux de Heydirberg[4] et marchio de Baden diem placiti in Eltevil coram domino Conrado archiepiscopo Maguntinensi
*f. 138. et domino archiepiscopo Coloniensi *et multis aliis comitibus, baronibus, militibus haberent, ipsis castrum ibidem intrare volentibus, pons corruit et duos milites, videlicet 'den Brinner' et dictum 'hern Truschiln' de Wachenheim extinxit, ita quod nunquam verbum plus loquebantur, et plus quam quadraginta homines lesit; qui tamen omnes convaluerunt. Est hic notandum diligenter unum, videlicet sanctus Martinus signum quoddam fecit: nam predictus miles, scilicet 'der Brinner', fecit contra Martinum factis et verbis necnon contra omnem clerum; ideo merito in predio sancti Martini finem suum recepit.

a) potito c. b) mundo c. c) armigerum c.

1) *Cf. de societate dicta 'Schlegler' Stälin, 'Wirtemb. Gesch.' III, p.* 362. *Nomen est idem quod francogallice 'maillotins' (v. supra p.* 50, *n.* 1). *Conradus archiep. Magunt., palatinus Rupertus, Nicolaus episc. Spirensis et Bernhardus marchio Badensis foedere se coniunxerunt contra hanc perniciosan societatem die* 23. *m. Maii a.* 1395; *Gudenus, Cod. III, p.* 613. 2) *Aristoteles de coelo II, c.* 14. 3) *Stälin l. l. p.* 363: Im Schloss Heimsheim wurden von den Wirtembergern am 24. Sept. (1395) drei Schlegelkönige: Wolf von Stein, Reinhard und Friedrich von Enzberg gefangen genommen *et alia ex annis* 1395. *et* 1396. 4) *Heidelberg, civitas principalis Ruperti II. palatini.*

Anno eodem dominus Conradus archiepiscopus Maguntinus, dominus Philippus de Nassaw comes et comes Dietherus[1], domicellus Philippus de Falckenstein diffidabant[a] Iohannem de Cronberg militem et Eckardum de Elckirhusen militem, cuius castrum, videlicet Elckirhusen, per comitem Philippum est captum et totaliter destructum[2]; et merito, quia non recognovit ipsum pro domino, licet fuerit. Eciam regnum predicti militis modicum duravit, nam in anno precedenti rex fuit dictorum 'der Slegel', in anno presenti factus est pauper miles, et bene pauper, quia propriam non habet mansionem.

Anno prenotato rex Ungarie Sigesmundus, nobilissimus et mitissimus hominum, cum maxima potencia intravit terram Sarracenorum seu Turcorum, expugnatis multis terris et occisis infinitis adultorum[b], iuvenum et mulierum hominibus. Rex Turcorum innumeram multitudinem congregavit, in qua ille vilissimus dictus Lutze de Landaw cum multis aliis christianis, licet falsi, fuerunt, et victoriam contra christianos tamen paucos obtinuerunt[3]. Dux Burgundie captus fuit et multi alii boni homines, quos omnes rex *Turcorum preter- *f. 138'.
quam ducem predictum met septimum fecit in[e] medium dividi, et absque dubio omnes martyres fuerunt. Rex Ungariorum iniit fugam cum suis, necessitate compulsus.

Anno eodem cives Colonienses bina vice discrepabant[d] inter se, primo potenciores contra alios in consilio, secundo communitas contra consilium, quos omnes ceperunt et turribus mancipaverunt in primo disturbio; aliqui fuerunt decollati qui civitatem rexerunt[4].

Anno iam dicto dux Iuliacensis seu Gelre Wilhelmus nomine castrum prope Aquisgrani, videlicet[e] Schonfurst, obsedit et ipsum cum omnibus in ipso existentibus cepit et destruxit et captivos deduxit[5]. Et idem dominus usus fuit scientia — utinam quod eadem eciam hic esset in partibus! — unde ipse misit ad Leodium, ubi sunt homines arte illa peritissimi,

a) diffidebant *c.* b) adulterum *c.* c) et *c., cum W. em.* d) discrebapant *c.*
e) vri *c., em. cum. W.*

1) *Dietherus de Katzenelnbogen per uxorem Elisabetham comitibus de Nassowe affinitate coniunctus erat.* 2) *Cf. Chron. Limb. c. 186.* 3) *Pugna ad Nicopolim a. 1396, Sept. 28. Non dux Burgundiae, sed filius eius Iohannes princeps Nivernensis inter captivos erat. Cf. Koenigshofen p. ... et Chron. Limb. c. 196.* 4) *Seditio popularium contra pote... ...m, a. 1396, Iun. 18, facta est. Cf. Annales Col. ... 137; Koelhoff (ib. XIV), p. 731; Chron. Li... ...forst; cf. Koelhoff p. 726, 11.*

cum cardinalibus recepit ac eum ad pedes suos cum cardi-
*f. 140. nalibus et inter eos sedere *fecit et locum sedendi dedit; audita itaque suplicatione sua et electione quomodo celebrata fuerit et qualiter, aurem a decreto electionis canonicorum Maguntin*ensium* avertit necnon predicto domino Iohanni de Nassaw de ecclesia Maguntin*ensi* providit, et simplum camere pro eadem provisione recepit, cuius duplum pars adversa pro confirmatione libenter erogasset. Factaque est eadem provisio domino Iohanni anno 97.

Expost quidam curialis nomine Theodericus Burtinck, bonus baratrator, missus ad curiam per dominum de Lyningen electum ad impediendam provisionem, callide et fallaciter contra dominum Iohannem provisum multa ficticia et nugas falsissimas excogitavit, quomodo ipsum a sua provisione amoveret[1]; dixit enim creditoribus Lumbardis, quod omnino pauper esset in partibus nec haberet solvere, quod viderent, quod non effugeret manus eorum, et nichil reciperent. Illi semper noluerunt credere verbis suis primo. Postquam hoc vidit, quod non profecit, spopondit illis florenos 800, quod traherent ipsum ad Capitolium pro debito suo — in finem cuius non scribo, sed ipse scit et scivit qui procuravit. Sanctus tamen Martinus futurum fidelemque suum capellanum dominum Iohannem premuniri permisit; fugam iniit, per decem dies omnibus suis familiaribus incognitus fuit, usque veritas contra dictum Burtinck exuberavit[a] et propalata[b] per totam Romam fuit. Et idem dominus Iohannes ante-exitum suum de Roma in prompta pecunia domino apostolico seu camere apostolice, Lumbardis creditoribus et aliis omnibus satisfecit. Cui in ingressu et egressu dominus Mediolanensis multas curialitates fecit. In reditu per emulos suos multas insidias habuit, tamen nutu Dei semper evasit ac sanus et hilaris ad partes pervenit.

*f. 140'. 1397. *Anno 97. literas apostolicas et pallium secum portavit, quibus mediantibus homines[c] inobedientes et rebelles tam spirituales quam seculares vigore earundem literarum privare potuit[2]. Lectis literis apostolicis pars una capituli Magun-

a) *sic c.;* exsuperavit *Ioannis minus recte emendavit.* b) propelata *c.* c) *W. legit* literis.

1) *Cf. Bonifatii IX. epistolam a.* 1397, *Iul.* 17, *ap. Gudenum III, p.* 637. *sic incipientem:* Quia, ut displicenter percepimus, Theodericus Buttinck nonnullas litteras . . nonnulla falsa et mendosa continentes contra venerabilem fratrem nostrum Iohannem archiep. Mog., ac etiam in magnum opprobrium nostrum, ad ipsas partes temerarie destinavit *etc.*
2) *Indultum Bonifacii IX. concessum Iohanni II. archiep. Mog. contra omnes ipsi rebelles de a.* 1397, *Iul.* 7, *v. Würdtwein, Nova subs. II, p.* 326.

tin*ensis*, quorum 12 fuerunt, videlicet decanus, scolasticus et alii decem capitulares, mandatis apostolicis obtemperabant; pars alia, quorum ut estimo fuerunt 13, appellaverunt primo contra processum et mandata apostolica, nec confidenciam habere poterant. Termino lapso, quod mandatis non obtemperabant, dominus Iohannes archiepiscopus secundum ordinem iuris ulterius processit ipsosque omnes privavit. Et nisi dominus rex Romanorum et rex Bohemie Wentzeßlaus se interposuisset, forsan predicti capitulares sic per archiepiscopum privati pristino honori restituti non fuissent: multis magnisque predictorum privatorum laboribus et expensis circa predictum regem per dominum Albertum de Hoenloch canonicum et Nicolaum de Lapide eciam canonicum habitis, graciam partim domini archiepiscopi memorati sibi et suis complicibus impetrarunt, preterquam quod quatuor ipsorum in consistorio publico ecclesie Maguntin*ensi* per prefatum dominum Iohannem archiepiscopum sunt privati; quorum unus fuit comes de Teecken[1] canonicus et custos ecclesie, alius Albertus de Hoenloch prescriptus, tercius et quartus Dietmarus de Walen et Iohannes de Colnhusen[2]. Qui expost a papa Bonifacio sunt restituti, portantes secum bullas et processus ymmo multum graves, legentes eosdem per edictum in Wormacia et alibi; contra quos dominus Maguntinus appellavit, habens confidenciam tocius cleri Maguntin*ensis*, laborans medio tempore super revocatione predictorum. Fulminatio vero
processuum predictorum[a] facta est per episcopum Argen-
tinensem anno 99. post festum sancte Trinitatis, qui 1399. *Mai.* 25.
eorundem *fuit executor; predicta vero fulminacio pro- **f.* 141.
cessuum revocata est a domino Bonifacio in mense eodem
tercia die post festum Iohannis baptiste, et sic in vanum *Iun.* 27.
laboraverunt.

Item etc. anno 98. tercia die post Bonifacii martyris, *Iun.* 8.
durante scismate per viginti annos et amplius in sancta ecclesia catholica, monasterium Sancti Bonifacii in Fulda constructum ex divina permissione a fulmine preter unam

a) p̄dictor̄ fulmination̄ ꝓcessuū p̄edictorum *c.; W. coniecit:* predictorum. Fulminatio, *quod recepi, nisi quod* fulminatio vero *pro* fulmination̄ *posui.*

1) *Teecken falsa est scriptura pro Rinecken. Cf. indicem canonicorum custodum apud Iodnnem II, p.* 312. 2) *Iohannes de Colnhusen licentiatus et canonicus auctor fuit collectionis privilegiorum ecclesiae Mag., quam archiep. Conrado II. (a.* 1390—1396*) dedicavit. Cod. membr. est in archivis regiis Wirceburgensibus M.* 20. *Gudenus eodem utebatur in bibliotheca capituli maioris; v. Cod. Dipl. I, p.* 339. *Cf. de hac collectione 'Verfass.-Gesch. v. Mainz'* – 126 *sub C.*

turrim totaliter est combustum[1]; altera die eiusdem monasterii muri corruerunt et multos homines obruerunt et occiderunt. Causam huius facti preter Deum quis scire poterit? Attamen salva fide nec ponendo os in celum coniecturaliter possit dici, quod forsan apostolorum princeps sanctus Petrus per huiusmodi notabile, immo miserabile et lamentabile signum sicuti et per priora ecclesie sue in Urbe per amplius noluerit derogari. Unde ubicunque indulgencie apostolice concesse fuerunt, semper malus finis subsecutus est; nam post iubileum in Dutzildorp[2] ducis de Monte idem cum mille et sexingentis bonis armigeris in bello publico cum omnibus equis et armis capti et occisi sunt[3].

Post iubileum in Colonia venit inmanissima pestilencia, in qua plus quam triginta milia hominum morte preventi sunt, et cessante pestilencia inceperunt se mutuo interficere. Nam communitas, que per multos annos ante succubuit, post predictam pestilenciam et iubileum se erexit, et quam plures captivarunt, exularunt et occiderunt, qui predictam civitatem usque tunc rexerunt[4]. Quanta mala aliis locis ubi iubileus fuerit visa sint, sciunt bene Magdeburgenses necnon duces
*f. 141'. *Bavarienses et ceteri, qui omnes modicum lucrum reportarunt.

Anno predicto 98. dominus Bonifacius in Urbe papa quendam Cordulum, id est Minorem, qui propter dispensationem factus est Benedictinus, ad partes Alamanie ad hauriendum pecunias cum multa comitiva direxit. Qui postquam venit ad Argentinam, iusticiam suam apperuit, id est clero et civitati causam sui adventus enucleavit. Sermone suo percepto, ipsum ad metropolitanum direxerunt, nolentes trupham suam audire; qui venit ad civitatem Moguntinam cum comitiva non modica, portans secum bullas super negocio prescripto, scilicet ad colligendum pecunias pape, vel cui nescio, Deus scit! habitis literis 'Vidimus' a domino Moguntino; domino Iohanne de Nassaw, et capitulo Moguntino. Idem factum suum et domini sui cum adiutorio Nicolai de Grůnenberg, olim plebani in ecclesia Maguntina, sed protunc vicarii in ecclesia sancti Quintini, fideliter prosecutus est, predicans crucem in parrochia sancti Heymerami contra Turcos, faciens in eadem multos cruce signatos ac in eadem

1) *Cf. Chron. Limb. c.* 209. 2) *Ib. c.* 178. *sub anno* 1394: da ging daz abelaß unde Romesche fart ane zu Düsseldorf. 3) *Ann. Colon. 'Städtechr.' XIII, p.* 84: Item in dem jare 1390. octavo lach greve Diderich van der Marke vur Elverfelde . . wart dair erschossen . . van einem schutze von Sassen und bleif zurstund doit. 4) *Regimen patriciorum abolitum est a.* 1396, *Iul.* 18. *'Städtechr.' XIII, p.* 38. *XIV, p.* 731. *Auctor noster errat in ordine temporum.*

colligens pecunias multas et in locis circumvicinis, que distribuende essent primo die Maii anni nonagesimi noni predictis cruce signatis, quod postea non contingebat. Attamen iidem salutis sue inmemores non extiterunt: in vigilia sanctorum Philippi et Iacobi apostolorum secundum iussum Nicolai *April. 30.*
predicti interpretis Corduli cum magno comitatu venerunt, volentes promissa fideliter adimplere, sed propter rei infectionem non potuerunt, quod lóngum foret enarrare; *merum **f. 142.*
unum fecerunt, quod cruces dimiserunt seu deposuerunt ubi receperunt, et sic unusquisque remeavit ad sua. Et scandalum cleri heu! non modicum exinde ortum est. Ex eadem causa interpreti, id est Nicolao de Grůnenberg, a domino Moguntino prefato interdicta est confessio audienda et sermo ad populum, quibus duobus die noctuque fuit, timeo propter questum, implicatus.

Item[a] anno prenotato 98.[b] tempore autumpni creverunt vina multum debilia et in magna copia, ymmo in tanta quod in aliquibus locis propter vasorum carentiam colligi et vindemiari non poterant, ut puta in Montzingen[1] et in locis circumvicinis et in Wormacia et in quam pluribus aliis locis.

In anno sequenti, videlicet 99, hyems valde fuit aspera. Renus congelabatur[c] ante carnisprivium ante civitatem Moguntinam et vix stetit per octo dies: ex Omnipotentis gracia glacies absque damno est resoluta, nec[d] sine hominum dampno recessit.

Item anno eodem armigeri quidam de partibus Swevie inferioris, congregata cohorte satis magna, contra emulos suos cum eadem processerunt, in qua unus nobilis de Erenberg fuit. Cumque iidem prope civitatem, videlicet Rodenberg 'an der Duber'[2], quam molestare intendebant, venissent, cives clam premuniti nocte cum suis exierunt et ipsorum decem et septem preter hostes diffidatos in eadem cohorte existentes ceperunt; quos 17 non diffidatos de mane decollaverunt, hostes vero ipsorum turribus mancipaverunt. Ipsi enim homines *sunt **f. 142'.*
bellicosi. Utinam quod civitates Renenses essent tales!

Item anno prenotato tercia die ante Albani martyris, *Iun. 18.*
durante scismate in ecclesia sancta per viginti unum annos heu! et amplius inter dominum Bonifacium, qui Rome presidebat et . . ., dominus Iohannes archiepiscopus Moguntinus prenotatus regimen abbacie Montis Sancti Albani iuxta et extra muros Mog*uncie* site, propter ipsorum monachorum ibidem vitam inordinatam per multa tempora habitam, a papa

a) I *c.* b) XCIX *c.* c) congelebatur *c.* d) ac *W.*

1) *Prope Kreuznach.* 2) *Rothenburg ad fl. Tauber.*

in Urbe cum omnibus suis privilegiis impetravit[1], decimas prepositure iuxta Hőste[2] ad idem opidum presentare fecit, ac Wernherum prepositum ibidem ad claustrum ut alium monachum conventualem remisit, villam Badenheim, Eberßheim[3] cum omnibus iuribus et decimis ad se recepit. Tempore eodem fuit in monasterio predicto abbas quidam nomine Otto, de Scharpfenstein natus, qui cum suis monachis contra dominum Iohannem archiepiscopum appellationem interposuit, cui clerus Moguntinus adherere propter metum domini Maguntini nolebat. Tandem abbas et conventus compositionem cum domino Magun*tino* iniit sibique tria milia florenorum et quingentos pro eadem, resumptis tamen prius decimis suis ablatis, propinavit; et sic pacificati sunt[4]. Intera abbas predictus obiit, et dictum Wernherum Ring in abbatem conventus prefecit, et expost monachi inceperunt celebrare[a] divina, videlicet matutinam et alias horas, que propter ipsorum inordinatam vitam per multa tempora pretermiserunt. Quare sic sunt puniti, ut estimo.

*f. 143. *Item anno superius expresso castrum Dannenberg[5] a domino Iohanne archiepiscopo Maguntino, domino Treve*rensi* Wernhero, domino duce de Bavaria, comite palatino dicto 'Clem'[b, 6] ac civitatibus Renensibus potenter fuit obsessum
Iul. 21. et in vigilia Marie Magdalene captum et expugnatum[7]. In quo quadraginta octo homines sunt capti et detenti, inter quos nisi quinque fuerunt qui non erant lesi, ceteri quasi omnes letaliter propter virilem resistenciam fuerunt vulnerati. In eadem captivitate fuit miles de Cronenberg nomine Hartmannus iunior, qui eandem obsidionem primitus causavit propter depredationem hominum per ipsum et suos complices factam; numerus mortuorum ante expugnationem fuit octo, sepulti in quodam stabulo. Et sic dictum Iob[8] in predictis verificatum est, videlicet: *Opera eorum secuntur illos.*

a) celebre *c.* b) Clein *c.*

1) *Archiepisc. Iohannes comparavit bullam papae Bonifatii IX, qua abbatia S. Albani archiepiscopatui incorporabatur, postea tamen cum abbate Ottone paciscens incorporationi renuntiavit. Cf. Helwich, Chron. S. Albanense p.* 771 *(apud Ioannem T. II) et Reuter, 'Albansgulden' p.* 104. 2) *Höchst.* 3) *Ebersheim prope Nieder-Olm haud longe ab Bodenheim in Hassia Rhenensi.* 4) *Pactum inter archiepisc. Iohannem et abbatem Ottonem a.* 1400, *Febr.* 25, *apud Reuter l. l. in docum. p.* 35. 5) *Tannenberg in Hassia-Starkenburg.* 6) *Rupertus III. palatinus, postea Romanorum rex, tunc temporis Clem cognominabatur. V. Ulman Stromer p.* 34. *et n.* 4. 7) *Die* 11. *Apr.* 1399. *archiep. Iohannes et Rupertus condixerunt bellum contra castellum Tannenberg. Gudeni Cod. III, p.* 644. 8) *Non in libro Iob, sed Apoc.* 14, 13. *leguntur. G. W.*

Item eodem anno dominus Bonifacius Rome urbis papa eandem urbem partim callide partim potenter sibi et ecclesie subiugavit[1], quod a constitutione eiusdem urbis usque in presentem diem et tempus non est auditum; burgensium seu Romanorum aliquos exactionavit, aliquos capite truncavit, quosdam exilio damnavit secundum omnem sui voluntatem, thesauros ipsorum recepit, castrum Sancti Angeli per ipsos destructum reformavit, novas turres in eodem exstruxit, comitem Fundorum manu armata exterminavit ac totam suam terram et comitatum. Idem tantum fortunium habuit, quod cicius scriptores deficerent et materia scripture, quam opera que in vita fecit per lapsum temporis conscribi possent.

*Anno preassignato, spiritu maligno semen suum semi- *f. 143'.
nante, inter episcopum Herbipolen*sem* et civitatem Herbipolim tanta orta est controversia[2], quod omnes tam clericos seculares quam religiosos a sua civitate, omnia ipsorum vi rapientes, expulerunt, collegium dictum Hau[3] funditus destruxerunt, in collegiis et in ecclesiis sedes dominorum igni combusserunt, bona ipsorum, que post recessum invenerunt, regi Romanorum videlicet Wentzißlao, et eius vicario scilicet Borsebo[4] propinaverunt. Et quamdiu hoc factum est, sub tuitione ipsius detenti sunt; cessante vero propinatione, divisi sunt ab eodem. Predicti igitur cives quam plures civitates episcopi ad se traxerunt, ineuntes cum eisdem fedus, ac coniurarunt, nunquam episcopum suum velle recipere in dominum nec sibi unquam obedire. Idem vero episcopus nomine Gerhardus de Swartzburg, natus stirpe olim regia, in armis strenuus[a], valide principes Alamanie allocutus est, quorum unus fuit archiepiscopus Maguntin*ensis* dominus Iohannes de Nassaw, dominus dux de Bavaria, comes palatinus Rupertus . . burggravii de Norenberg. Ipsemet burggravius et quam plures alii comites, barones et milites, litem cottidianam cum eisdem[b] periuris per tempora longa tenuit, et damna non modica quelibet pars suo adversanti intulit, ut postea patebit.

Anno intrante centesimo, hoc est millesimo 400. ab incarnatione Christi Iesu, proch dolor! adhuc scismate vilissimo inter Bonifacium in Urbe et . .[5] in Avinione, qui cardinalis de Luna appellabatur, durante, infra octavas Jan. 11.

a) streñuis *c.* b) eiusdem *c., em. W.*

1) *M. Iulio et Aug.* 1398. *Gregorovius VI, p.* 537. 2) *Cf. Wegele, 'Fürstbischof Gerhard u. der Städtekrieg im Hochstift Würzburg'.* 1861. 3) *Ecclesia Haug extra muros civitatis. Cf. Lorenz Fries ap. Ludewig 'Geschichtsschreiber v. Würzburg', p.* 672. 4) *Wenceslai consiliarius Borziwoy de Swinar.* 5) *Benedictum XIII.*

epiphanie, videlicet 11. die mensis Ianuarii[1], civibus *Herbipolensibus*[a] non habentibus unde viverent, extra civitatem
*f. 144. se cum centum[b] et 23 *bonis armatis[c, 2] contulerunt, volentes victum reportare. Quo comperto, episcopus omnes quos de predictorum[d] dominorum satellitibus habere poterat, quorum in numero fuerunt 250 lancee et non amplius, congregavit ac cum eisdem contra inimicos bellum commisit, in quo plus quam mille viri armati et amplius, ut audio dici, *fuerunt*[e] et viginti octo occisi sunt. Et in eodem 1200 viri armati captivi deducti sunt et amplius, credo circa[f] quadraginta. Et sic dominus Herbipolensis ulterius cum manu valida ante civitatem Herbipolim processit; ubi[g] omnes qui remanserunt ad graciam domini se celeriter absque contradictione dederunt. Et sic Deus omnipotens victoriam suis servulis tradidit et innumera mala que pessimi illi fecerunt vindicari permisit; non enim in multitudine populi victoria est, sed de celo, ut patet de Iuda Machabeo. Secundum istud omnibus civitatibus sit exemplar; dicit enim metrista:

Felix quem faciunt aliena pericula cautum!

Hec scripta quoad Herbipolim civitatem sufficiant pronunc.

Nunc vero ad annum pretactum, hoc est ad centesimum seu 1400, paucula ex multis in eodem anno facta scribendo
Iun. 6. redigimus. Nam circa[f] festum pentecostes in Franckfordia principes et sacri imperii electores una cum multis Alamanie principibus, ducibus, comitibus, baronibus super cuiusdam rei expost peracte[h] decisione convenere[3]. Inter quos eciam plurimorum regum ambasiati fuerunt, videlicet regis Francorum, Hispanie, Navarrie[i], Portugalie etc., qui omnes ex parte dominorum suorum assensum principibus electoribus
*f. 144'. Alamanie plenum *dederunt. In eadem vero convocatione ordinaverunt principes electores[k], citationem fieri peremptoriam contra regem Bohemie et Romanorum, videlicet Wentzißlaum, quondam filium Karoli imperatoris, ad comparendum
Aug. 10. in festo sancti Laurencii martiris in opido Lonstein, cum protestatione tali, si non compareret, nichilominus in facto suo et concepto procedere vellent[4]. Quem nuntium . .[l] aqua

a) *manu rec. suppl. c.* b) centis *c.* c) *post* armatis *repetitum* se *delevi.* d) predictis *c.* e) *deest c.* f) citra *c.* g) qui *c.* h) peracto *c.* i) Norvarrie *c.* k) electorum *c.* l) seu civitatem *c. corrupte.*

1) *Ulman Stromer p.* 58. *diem pugnae* 4. *Ian.* 1400 *indicat, quocum Wegele p.* 33. *consentit. Sed L. Friess l. l.* 11. *Ian. confirmat.* 2) *i. e. auxiliariis sive stipendiariis, quos U. Stromer illos de Buchonia nominat:* Und heten bei in der Puchner riter und knecht mer danne 100 spißen. *Totum exercitum* 3000 *virorum fuisse et non amplius* 400 *senes aut debiles domi mansisse, L. Friess asserit.* 3) *Conventus principum et civitatum Francofurti m. Maio et Iunio* 1400. *'D. R. A.' III, p.* 169. 4) *Litterae quatuor principum electorum Rhenensium ad Wenceslaum datae de a.* 1400, *Iun.* 4. *Francofurti. 'D. R. A.' III, p.* 194.

submersit, sicuti multos probos homines antea contra omnem iusticiam morti tradidit.

Item in pretacta convocatione principum fuerunt dux Fridericus de Brunβwig et frater suus carnalis dux in Lünenburg. Qui Fridericus dum ad *partes suas regredi vellet, quidam maliciosi in partibus Hassie, inter quos primicerius fuit comes de Waldeck, insidias sibi fecerunt, ipsum quoque contra omnem iusticiam occiderunt multosque letaliter vulneraverunt[1]; inter quos eciam fuit episcopus Verdensis dominus Conradus Sultu, magnus magister et theologus[2]. Omnes res, equos, pecunias vi receperunt, nichil omnibus relinquentes. In eadem comitiva[a] captus est dux Saxonie electorum unus[3], et quam plures alii; quos tamen ultimate dominus Iohannes de Nassaw archiepiscopus Mog*untinus* fecit liberos, tamen[b] suis rebus perditis[4].

Item anno 1400 in festo sancti Laurencii martyris, ut prescribitur, principes electores in Lonstein et in locis circumiacentibus convenerunt super electione novi regis Romanorum, quod tamen omnes homines, saltim qui non de[c] consilio principum fuerunt, usque in idem tempus latuit; et die vicesima mensis Augusti, quae protunc fuit feria sexta post octavas sancti Laurencii, dominum Rupertum ducem Bavarie, nobilem approbatum virum, *principem[d] electorem in Romanum regem unanimiter creaverunt ipsumque super sedem suam in Rens concorditer et honorifice, ut bene dignus erat, posuerunt, sibique ut regi Romanorum debitam reverenciam fecerunt, habitis tamen prius omnibus sollennitatibus privationis de rege Wentzeβlao, rege Bohemie, antea Romanorum, sed nunc privato. In eadem privatione principes electores undecim articulos obiectivos contra eundem privatum habuerunt, quorum unusquisque ad depositionem regni Romanorum sufficiebat[5]. Quorum unus fuit articulus, quod civitatem

Aug. 10. *Aug. 20.* **f. 145.*

a) comitā *c.* b) *compendium scribendi legi potest sive* cum *sive* tamen, *sententiae causa praetuli cum W.* tamen. c) de *in c. superpositum est.* d) principes electores? *G. W.*

1) *Relationes eiusdem temporis de hac re apud Fritzlar gesta v. in 'D. R. A.' III, p.* 234. 2) *Conradus de Soltau episc. Verdensis antea* sacre theologie professor, cancellarius archiepiscopi Moguntini. *De vita et scriptis eius v. Krause in 'Forschungen z. D. Gesch.' XIX, p.* 603 *et XXII, p.* 249. 3) *Rudolphus dux.* 4) *Cf. epistolam archiepiscopi excusatoriam de a.* 1400, *Aug.* 18, *qua liberationi captivorum magnopere se studuisse gloriatur. 'D. R. A.' III, p.* 243. 5) *Hic certum invenitur testimonium pro fide eius formae undecim articulorum, quam Trithemius in Chron. Sponheimensi (Opera II, p.* 340*) tradidit; ideo suspiciones a Lindner, 'Gesch. d. D. Reichs' II, p.* 523. *contra eosdem prolatae evanescere debent. Cf. Weizsäckeri inquisitionem criticam de diversis articulorum* [illegible]*ibus. Illi, quos auctor noster significat, sunt* 1. 2. 4. 7.

Romani imperii absque omni remuneratione sibi tradere velit; quod tamen facere noluit; nam si fecisset, regnum Bohemicum cum Romano absque dubio perdidisset.

Item nota litem inter episcopum *Maguntinum* et lang-
1404. gravium Hassie anno 1404, et duravit per tres annos[1] et . . Iohannes Kungstein vicarius ecclesie *Maguntine* . . compilator huius belli[2].

1406, Iun. 8. Item nota, quod anno Domini 1406, in vigilia Primi et Feliciani fuit ecclipsis lune.

Iun. 16. Anno Domini 1406, in festo sanctorum Auree et Iustini martyrum infra sextam et septimam horas fuit eclipsis solis de mane[a].

Anno ut supra erat persecutio Lollhardorum et Beginarum in Maguncia[3] per honorabilem dominum et magistrum Henricum de Lapide, qui optime novit eos et eas, scilicet vitam eorum et earum. Et notandum est, quod una Begutta fuit in clusis Nicomedis extra civitatem et muros *Maguncie;* erat capta et incarcerata propter heresim; et quam plures mulieres de Argentina. Et iuvenis quidam, qui erat natus de Rotenberg 'von der Tuber', fuit unus de 70 discipulis diaboli, non Ihesu Christi, quia fuit hereticus[b] et deceptus per unum antiquum Lolhardum confessorem earum, et postea penitencia ductus per magistrum Henricum prenominatum, in ambitu ecclesie maioris coram omni populo sedens super dolium, et accepit in mantello suo crucem pro penitencia.
*f. 147. Et iste iuvenis confitebatur, *manifeste illum Lolhardum audivisse confessiones, scilicet sui et aliorum Lolhardorum et Beguttarum. Et postea iste iuvenis iterum male fecit, ut dicebatur, quod furasset unam libram[c] et unum dappardium[4] eidem magistro Henrico prenominato.

Anno ut supra crevit acerbum vinum et modicum, et nimium solvebat, quia estas fuit nimis pluviosa circa Renum, et solvebat 24 flor.

Nov. 15. Item anno prelibato, secunda feria post festum sancti

a) infra sextam et septimam *c. verba repetita post* de mane *delevi.* b) heresis *c.*
c) *W. suspicatur* unum librum.

1) *A.* 1402—1404. *Pacis conventiones factae sunt tempore verno a.* 1405.
2) *Bodmann in 'Rheing. Alterth.'* p. 809, *nota* a) *laudat libellum nondum editum 'de bello inter d. Iohannem archiep. Mog. et landgrav. Hassiae gesto', cuius auctorem Iohannem Hexheim, eccl. Mog. vicarium, appellat. In medio relinquo, utrum Kungstein an Hexheim verum nomen sit; Bodmanni testimonia de fontibus ineditis nullam fidem habent (cf. quae de ea re in praefatione ad 'Städtechr.' XVIII, p.* 5—8. *dixi). Persuasum habeo, eum notitiam illius libelli tantummodo ex hoc nostri chronici loco sumpsisse.* 3) *Cf. quae Ioannis I, p.* 724. *ex nostro chronico, quo ut* Miscella Moguntina *citat, refert.* 4) *Cf. Ducange (Henschel) daphardum vel caphardum, capitis tegumenti species.*

Martini erat hic in civitate Mag*uncia* magnum tornamentum, quia multi principes fuerunt hic et comites, milites, nobiles et armigeri, dux Austrie, dux de Monte, comes de Cleve, comes de Wirtenberg, comes Morsse[1] et filius eius, comes de Nassawe, comes de Katzenelnbogen, comes de Lyningen, comes Feldentze et quam plures alii.

Anno 1440, in die Catherine hub es an zu winthern 1440, Nov. 25.
mit schnyen und friesen und was vor alles warm geweβt.

Anno Domini 1374. dominus Gregorius papa XI. domino 1374.
Iohanni[a] episcopo Bambergen*si*, qui natus fuit de Myssen, de ecclesia Magunt*ina*, domino Adolfo *de Nassaw episcopo *f. 147.
Spirensi, tunc administratori ecclesie Maguntin*ensis*, de ecclesia Argentinen*si*, et domino episcopo Argentin*ensi* de ecclesia Bambergen*si*, et domino Eckardo episcopo Wormacien*si* de ecclesia Spiren*si* providit[2].

Post m c triplum fit xl et ii duplicatum 1344.
Diluvium vehemens dampna multa ferens
Praxedis festo, cuius facti memor esto[3].

Anno 42, sabbato qui[b] fuit dies mensis Maii[4], intravit 1442, Mai. 26.
Fredericus Romanorum rex ad Franckford*iam* cum principibus Magunt*ino*, Treveren*si*, duce Saxonie, aliis electoribus postea successive supervenientibus. Ibidem invenerunt ambasiatores domini Eugenii, dominum Andiotorum cardinalem et Nicolaum Kuso[c] pro una, et pro alia parte dominos Arelatensem, Sygobiensem et Panormitanum ad tractandum pro unione[5].

Anno 1439, penultima mensis Octobris was bischoff 1439.
Dietherich gezogen uber graff Engelbrechts sone von Nassaw, genant graff Henrich von Nassaw[6].

a) *pro nomine* Iohanni *deleto manus recens* Ludovico *supraposuit.* b) que *c.* c) Kaso *c.*

1) *Comitatus Mörs ad Rhenum inferiorem.* 2) *Ludovicus marchio Misnensis, episc. Bambergensis, a.* 1373. *a Gregorio XI. archiep. Moguntinensis nominatus est; capitulum autem Adolfum de Nassowe ep. Spirensem, elegerat. V. supra p.* 32. *De Lamberto de Brun episc. Argentinensi, qui a.* 1374. *episcopatum Bambergensem accepit, cf. Koenigshofen p.* 677. *Eckart a Ders episc. Wormatiensis erat a.* 1370—1405, *Schannat Hist. Worm. p.* 401. 3) *V. eosdem versus supra p.* 34. 4) *Die* 26. *Maii. Nimirum die* 24. *rex erat Wirceburgi et die* 27. *Francofurti; cf. Chmel, Reg. Friderici IV, p.* 66. 5) *Secundum Patricii Historiam conc. Basil. (ap. Harduinum IX, p.* 1183. 1184*) legati papae erant:* Ioannes Carvaial, [illegible] usa et Iacobus Ferrariensis, *et legati concilii Basil.:* Arel[illegible] ns et Ioannes Segobiensis *(de Segovia)* cardin[illegible] *I, filius Engelberti I, comes de Nassowe-Dill*[illegible] *mortuus circa a.* 1450/51.

Sept. 29. Nov. 30. Dec. 4. Anno 45, circa Michaelis festum hub es zu regen und regent allen tag oder nacht bis Andree, und um Barbare was der Rin als groiß me dann knies tieff in minem grossen keller zum Nuwenhoff, und was groß gewynd di zyt.

Nov. 29. Anno 45, in vigilia beati Andree apostoli, als Henn Nußbaum zu Mentz ußgezogen was und darnach widder in qwam und eyn gedinge gemacht mit dem rathe, wie er *f. 149'. further steen sollte[1], da furen zu *etlich uß den zünfften und sagten: der radt und die zwaintzger furen nit recht, das sie solich gedinge uffgenommen hetten ane die zünffte. Also besant der radt einen genant Sließysen, der solich gerucht gemacht hatte, und geboten dem uff dem radthuse zu bliben, si wolten in darumb straffen; der bleib also uff dem huße. Da das etliche erfuren uß den zünfften, die lieffen uff das huß mit 100 und 30 mannen und trugen den mit gewalt von dem huße und täden da vil trauweworte dem rathe; der radt mußt pacienciam han. Darnach verbot der radt alle zünffte, und clagend das und wollten den radt uff sagen, so vil das die jhenen di yn herab genomen hatten mußten in widder daruff antworten.

Mart. 2. Anno Domini 1447, secunda die mensis Marcii venit magna aqua importune horis 11. et 12. in meridie, crescens fere ad quatuor horas, de villis Brytzenheim et Zalbach etc. per fossas descendendo. Tam maxime crescebat, quod omnis campus et agri cum vineis circa Sanctum Petrum[2] pleni fuerunt aquis, et quia porta circa Sanctum Laurencium fuit clausa, quod non potuit libere exire; quare propter reflexum et impetum per omnes portas aqua intravit cimiterium et consequenter ecclesiam et chorum usque ad inferiores sedes chori et ad tercium gradum summi altaris. Et decrescebat aqua, quod altera die nichil videbatur nisi argilla in maxima quantitate et in fossa civitatis. Et ortulanis in agris maximum dampnum intulit.

*f. 150. Apr. 9. *Eodem anno 1447, post festum pasche dominus Fridericus et dominus Wilhelmus fratres et duces Saxonie, protunc inimici propter divisiones regionum et terrarum[3]; quare eciam quilibet eorum maximos populos ad alium depauperandum congregavit, et precipue horribiles Bohemos in numero 24000, qui eciam multas villas et opida in Thuringia devastarunt. · Qualia damna et futura dampna considerantes

1) *Cf. 'Mainzer Chronik, Städtechr.' XVII, p.* 305. 2) *Ecclesia S. Petri extra muros civitatis a septentrionali parte stabat.* 3) *De hoc bello fratrum, filiorum principis electoris Friderici I. cognom. Bellicosi, ...mani vastatione per Bohemos in Thuringia et Westphalia effecta ...lacky, 'Gesch. v. Böhmen' IV, 1, p.* 178 *sq.*

dominus Theodericus archiepiscopus Moguntinus, Ludwicus langgravius Hassie et alii quam plures principes et domini dictos duces et fratres concordarunt. Sed isti horribiles et insensati Bohemi, non gaudentes de pace, intraverunt Westvaliam contra Suzacenses et alias civitates in adiutorium domini Theoderici archiepiscopi Coloniensis[1], et hoc circa festum sanctorum Viti et Modesti, ubi primo aliquas parvas *Iun. 15.* civitates numero quinque cum villis destruxerunt; sed postquam venerunt ad civitatem Suzacensem, videntes defensionem civium cum pixidis etc., parum bellicose attentabant, sic quod ipsi parvum[a] dampnum in suis paciebantur, sed dominus Coloniensis in suis magnum; et sic nichil lucrando, sed heu! cum dampno et scandalo dominus Coloniensis recessit de civitate Suzacensi. Ipsi autem Bohemi, quando intraverunt Westvaliam, iverunt per viam 'uber das Eysfelt' et per Gottingen, in qua via multa claustra monachorum, monialium, alias ecclesias, montem sancti . ., montem Sancti Nicolai et multas villas spoliarunt et destruxerunt et alia infinita mala protunc perpetrarunt; sed circa festum sancti Iacobi per eandem pacifice sunt reversi viam. *Iul. 25.*

*Anno Domini 1447, vicesima nona die mensis Iulii de **f. 150'.* sero circa horam quartam venit aqua nimis magna, destruens *Iul. 29.* maximam partem ville in Hexheim, submergens et deducens ibidem 16 homines cum curiis, domibus, horreis et frumentis maximis; et eadem descendens ad Zalbach, ibidem totam villam deduxit et devastavit, et submersi sunt ibi novem homines. Et ultra descendens, destruxit omnia molendina et muros claustri in Dalen cum coquina, stabulis et aliis multis habitaculis; et fuit tam magna aqua in claustro, quod attigit chorum in magna copia et altitudine. Et submersi sunt in claustro dominus Conradus de Eltvil confessor monialium et ancilla in coquina. Eadem aqua destruxit curiam 'zu sanct Geleres'[2], et ortum Hermanni Apotecarii cum suis muris et domibus totaliter destruxit, et sic consequenter innumerabilem dampnum fecit ortulanis cum cadaveribus animalium, lignis de domibus fractis et frumentis, quibus herbas et agros maculavit.

Anno Domini 1447. den gantzen winter bis nach ostern *1448.* in anno 1448. was der Rhein also klein, das man yn hie zu

a) parum *c.*

1) *Cf. de bello archiepiscopi Coloniensis adversus civitatem Soest Chron. Koelhoffii, p.* 788. 2) *Ecclesia S. Hilarii, sermone vulgari 'Sanct Gleriz' nominata, extra civitatem prope coemeterium sita erat. Schaab, 'Gesch. v. Mainz' I, p.* 434. *et II, p.* 421.

1374. Anno 1374. Gregorius papa XI. domino etc. prius est scriptum.

1444, Nov. 10. Anno 44, in profesto Martini satzt das popel zu Mentz den radt ab, und was da groiß noit die zyt, umb das der radt solte ungetruwelich mit der gemeinde umbgangen han und die stadt verderbet, und wurden da die burgermeister
*f. 148. und radt den zünften *globen, lib ader gut von der stat nit zu wenden, sunder umb ire ansprach yn fur einen nuwen zukunftigen radt umb ire ansprach gerecht zu werden: das hat ir iglicher gesworen[1].

1444, Iun. 24. Anno Domini 1444, circa festum beati Iohannis baptiste delphinus, primogenitus regis Francie, cum magna comitiva invasit terras Alsatie, occupando easdem[a] per totas estatem et hyemem, et numerus eorum dicebatur fore sexagesies milia. Eodem tempore rex Francie, pater predicti delphini, obsedit terram circa civitatem Metensem cum comitiva triginta milium, devastando ibidem incolas et villanos, et recesserunt anno 45, circa finem Marcii[2].

1446, Apr. 10. Anno 46, in die palmarum, que fuit decima mensis Aprilis, de mane hora octava hub es an vast kalt zu werden, sere zu winden, daruff schnyen und kyseln, das alle erde mit snehe bedeckt was, daruff gefror es furter den tag und die nacht, des montags frühe hatte es so sere gefroren ys, das man es mit einer hende nit mocht zertrucken. Uff zyt waren die reben vast gewachsen, also das es groißen schaden
Apr. 12. ted. Darnach des dinstags frühe was ein groß reyffe gefallen und hat auch gefroren, das hat auch grossen schaden am win gethan. Darnach neher dann 14 tag wurden die wingarten wider grüne, und was vor nit ußer oder grün was, daz wart da grün. Darnach von stund qwamen so vil kefern, die aßen nußbaum, prumen, mandelbaum etc. ab und teden grossen schaden an dem win. Darnach von stund
Apr. 29. in crastino Vitalis wart es aber sere reyfen und gefror es,
*f. 148'. und werdt also das kalt wedder von der zyt mit *kalten winden oder weter; riffen und froesten bis uff montag nach
Mai. 9. Iohannis ante portam Latinam, und ted grossen schaden an win, korn, welden etc., also das win und korn uff schlugen, und die zyt alle war so vil kefern, ut supra notatum est.

Est quoddam opus Rome sapienter a sapientibus et

a) eosdem *c.*

1) *Cf. 'Mainzer Chronik, Städtechr.' XVII, p.* 176. 2) *Simili ratione Chronicon Spirense ap. Mone, 'Quellensammlung' I, p.* 387, *de bello dicto Armaniaco refert. Fusius de eodem in Alsatia tractat narratio apud Schilterum in editione chronici a Koenigshofen compositi, adnot. XVII.*

mirabiliter in modum turris constructum et pollitum ita, ut unus lapis videatur: hoc opus Sibille vocatur. De hac ede quidam magistrorum interrogando miratur versibus:

Si lapis est unus, dic, qua sit arte levatus?
Si lapides multi, dic, ubi contigui[1]?

In hoc opere Sibilla has literas que sequuntur scripsit et insculpsit: p. p. p. e. s. s. s. e. v. v. v. v. v. v. v. f. f. f. f. — has literas per multa dierum curricula nullus Romanorum exponere aut intelligere potuit. Accidit, ut magister, Beda nomine, Anglicus natione, Romam veniens visitandi gracia limina apostolorum et ipsum apostolicum adiret et quosdam libros proprio labore et studio editos commendando offerret; cumque post lectionem et disputationem cum Romanorum sapientibus edictam circuiret Romam — vide Mirabilia Rome —, venit ad acum Sibille, et cum intueretur literas, Romani exclamaverunt: 'Quid spectas hic, Anglice bos?' 'Specto', ait, 'ruinam urbis vestre'; at illi: 'Nichil sentis'. Quibus ille: 'Sencio', et exposuit literas secundum ordinem: 'pater patrie profectus est, secum salus sublata est, venit victor validus, vicit vires vrbis vestre, ferro, fame, flamma, frigore'. Hec audientes sapientes Romanorum apostolico retulerunt. Qui accersitum ad se Bedam presbiterum honorifice suscepit, et libros ipsius et expositiones quas[a] edidit apostolica auctoritate commendavit et ab ecclesia suscipi ac legi precepit, ipsumque Bedam, *omnium Romanorum favorabili applausu *f. 149. acclamante, 'Venerabilem' nuncupavit. Sicque mos inolevit, quod in omnibus omeliis suis et expositionibus semper Venerabilis Beda intitulatur et legitur.

Anno 1445, in die sancti Valentini, post secundas *1445, Febr. 14.* vesperas circa medium noctis novem domus simul et semel lapse sunt in latere ecclesie beate Marie virginis intra muros Moguntinos, sine omni impetu ad casum eas movente, et omnes inhabitantes ad numerum triginta vel circa[b] illesi exiverant, excepto tantum uno pusillo octo vel novem annorum.

Anno Domini 1442, die ultima mensis Marcii et prima die Aprilis fuerunt coruscationes et pluvie magne, etiam per totam noctem perseverando, similiter inundacio Rheni aliqualiter magna.

Anno 45, feria sexta post festum Marie Magdalene was *1445, Iul. 23.* ein groiß hagel hie zu Mentz und Castel etc. und ted vil schadens an win etc.

a) quos c. b) citra c.

1) *Mirabilia Romae (ed. Parthey) p. 15.*

lande obwendig Mentz uß und auch unwendig Mentz durch reit von eynem lande zum andern, und sagten etlich, das man yn durchgangen hette.

Und uff die zyt buweten die von Mentz den grundt uß dem Rhyne zu dem neuen kranen.

*f. 151. *Anno 1408. da gewann der konig von Krakauw den groissen streit widder die Deutschen hern[1]: da ergaben die von Dantzgen, Doran, Elbingen, Konigeßberg, Straßburg und vil ander sloß dem egenanten konig; dann der von Plawe behilt die Merrenberger[2]. Das landt kauften die Deutschen hern mit golde widder.

Anno Domini 1427, post Michaelis slugen der apt von Fulde . .[a] stadt und landt Fulde zu dem lantgraven von Hessen widder den stifft von Mentz und bischoffe Conradus, der groß gelt daruff geluhen hatte[3].

Iul. 26. Anno Domini 1426, in die sancte Anne, hoc est crastino Iacobi, obiit Adolffus comes in Nassaw[4].

Anno Domini 1400. wart konig Ruprecht zu Romischem konig erkorn und starb anno 1410. zwischen pfingsten und Iacobi[5].

Item darnach circa festum Bartolomei ward Sigismundus zu konig gekorn[6].

Anno 1412. was Sigismundus in Aquilegia wider die Venediger[7].

1449, *Mart. 28.* Anno Domini 1449, sexta post annuntiationis Marie ließen die von Mentz Contz von Hocheim ein steurmann, Clas Schneider der lange[b], und Peter von Eych weber, alle burger *f. 151'. zu Mentz, ir heubte *in der ketzergruben abhawen; die wurden herinn gefurt und iglicher in siner pfarren kirchoff begraben umb Dulin guts willen.

Anno Domini 1413. da gewann könig Karle von Neapolis die stat Rome tempore Iohannis de Rossa[8] pape.

a) d°re *c.* b) langer *c.*

1) *Proelium ad Tannenberg die 14. Iul. a.* 1410. 2) *Henricus de Plauen, commendator de Schwetz, defendit castrum Marienburg, Voigt, 'Gesch. Preussens' VII, p.* 103. 3) *De bello archiepiscopi Conradi cum Ludovico landgravio Hassiae et Iohanne abbate Fuldensi v. Schannat, Hist. Fuld. p.* 236. 298, *et Ioannis I, p.* 739—742. *Castra et oppida ab abbate Fuldensi archiepiscopo pignori data erant ad triginta et octo floren. millia.* 4) *Adolfus II. de Wiesbaden-Idstein. Dies mortis recte indicatus est; cf. Menzel, 'Gesch. v. Nassau' I, p.* 254. 5) *Dies erat* 18. *m. Maii a.* 1410. 6) *Dies S. Bartholomaei est* 24. *m. Aug., sed electio Sigismundi fuit die* 21. *m. Iulii.* 7) *Bellum cum Venetis a.* 1411—1413. 8) Rossa *pro* Cossa. *Ladislaus rex Neapolitanus occupavit urbem a.* 1413, *Iuni* 8; *Gregorovius VI, p.* 615.

Anno Domini 1414. starb konig Wentzeßlaus von Beheim, da erhube sich die Hußerie [1].

Anno 1415. incepit concilium Constanciense, et eodem anno in vigilia Omnium Sanctorum papa Iohannes de Rossa *Oct. 31.* dictus intravit civitatem Constancien*sem*. Concilium duravit tres cum dimidio annos.

Anno Domini 1426. gewonnen die Engelschen den striit widder die Frantzosen [2].

Anno Domini 1458, sexta feria post Luce, que fuit pridie *1458, Oct. 20.* undecim milium Virginum, conbustus fuit Bruderhenn becker, Lolhardus, ut pessimus hereticus cum omnibus libris suis, qui dixit se perfectiorem Christo, beata Virgine etc., qui in multis annis non communicavit nec confessus fuit nec mandatis Dei et ecclesie obedivit etc. Hec sunt facta Maguncie per reverendum patrem dominum Heinricum Kaltysen archiepiscopum Nydrosen*sem*, inquisitorem heretice pravitatis [3].

*Anno Domini 1460, circa festum sancti Valentini dux **f. 152. 1460, Febr. 14.* Ludovicus palatinus [4] fuit factus inimicus cum omnibus suis ducis Friderici palatini, patruelis sui. Exinde in eodem anno prelibato, circa principium mensis Marcii dominus de Wirtenberg eciam fuit factus inimicus dicti domini Friderici et literas diffidacionis sue misit ante castrum in Heydelberg cum tubis, buccinis et aliis multis solennitatibus. Item omnes comites de Lyningen fuerunt inimici dicti domini ducis Friderici, quibus eciam idem dux maxima damna fecit in villis et dominiis suis.

Item eodem anno, die vicesima mensis Marcii dominus Dietherus de Ysenburg episcopus Moguntin*ensis* fuit factus inimicus eciam dicti domini ducis Friderici; item episcopus Eystaten*sis* [5] [qui sunt facti inimici dicti ducis Friderici]*, item domini et principes marggravius de Brandenburg et duo fratres duces Saxonie et marggravius Missnen*sis* eciam facti sunt inimici dicti domini ducis Friderici. Et sic omnes

*) *Verba uncis inclusa forsan e glossa male repetita sunt, ut observavit W.*

1) *Dies mortis fuit* 16. *m. Aug. a.* 1419. 2) *Fortasse proelium apud Verneuil die* 17. *Aug. a.* 1424. 3) *Episcopus tituli de Nidaros in Norwegia. V. Gams, Series Episcoporum:* a. 1452. Henr. Kalteisen non admiss. post archiep. Caesariensis. *Hic persecutor haereticorum concionabatur etiam contra Iudaeos et auctor erat eorum expulsionis e civitate, de qua re archiepiscopus et cives inter se dissentiebant. V. 'Verfassungsgesch. von Mainz', p.* 167. 4) *Ludovicus cognom. Niger, comes Veldensis.* 5) *Iohannes episc. Eichstet. erat socius Alberti marchionis Brandenburg. contra Ludovicum ducem Bavariae, qui cum Palatino foedere coniunctus erat.*